Digitized by Google

6
7-F
14
M
6
9 L
35

6-7.F.14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# COLLECTIO
## LEGUM ET ORDINATIONUM
### DE RECTA STUDIORUM RATIONE

JUSSU

*Emi ac Rmi Domini*

**CARDINALIS ALOISII LAMBRUSCHINI**

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

**GREGORII XVI**

**PONT. MAX.**

**A SECRETIS STATUS**

SACRAE CONGREGATIONIS STUDIIS MODERANDIS

PRAEFECTI

ETC. ETC.

CURA

**PROSPERI CATERINI**

EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

SECRETARII

DENUO EDITA ET AUCTA

**Tom. II.**

**ROMAE**

*Ex Typographia Rev. Cam. Apost.*

1842

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX

## TITULORUM ET ENCYCLICARUM SECUNDI VOLUMINIS

ENCYCLICA *super confirmatione Magistrorum mense Augusto peragenda* = 19 Augusti 1831 . . . . pag. 1
ALIA *super biennali confirmatione Ludimagistrorum extra Universitates* = 8 Septembris 1831 . . . . . „ 5
ALIA *super infimis Matriculis* = 20 Februarii 1832 . „ 9
DECRETUM *super praecedentia inter Doctores Collegiatos* = 25 Aprilis 1832 . . . . . „ 11
DECRETUM diei 2 Septembris 1833 . . . . . „ 13
§ 1.° *De Cathedris Universitatum* . . . „ id.
§ 2.° *De Auditoribus admittendis ad Universitates* . . . . . „ 15
§ 3.° *De auditoribus admittendis ad studia Philosophiae elementariae et Institutionum utriusque juris extra Universitates* . . . . . „ 17
§ 4.° *De Laureis et gradibus academicis* . „ 18
§ 5.° *De Professoribus et Magistris publicis et privatis* . . . . . „ 20
DECRETUM *super Scholis privatis* = 24 Octobris 1833 „ 23
ENCYCLICA *de mittendis Edictis latis pro novis advo-*



Digitized by Google

*candis Medicis et Chirurgis Communitatum* = 16 Augusti 1834 . . . . . pag. 29
ENCYCLICA *super actis Collegiorum* = 11 Decembris 1834 . . . . . „ 33
ALIA *super Laurea doctorali a Magistratibus et Dignitatibus obtinenda* = 20 Julii 1835 . . . . . „ 35
ALIA *ne temere removeantur Magistri* = 12 Decembris 1835 . . . . . „ 41
ALIA *super formula Matriculae inferioris Pharmaciae* = 27 Februarii 1836 . . . . . „ 49
EXEMPLAR *Matriculae inferioris Pharmaciae* . . „ 51
DECRETUM *in evulgandis operibus servandum* = 11 Maji 1836 . . . . . „ 53
ORDINATIONES *super Officio publici Ratiocinatoris* = 6 Julii 1836 . . . . . „ 59
QUAESTIO *super articulo 28 earumdem Ordinationum* = 22 Decembris 1836 . . . . . „ 83
DECLARATIONES *S. Congregationis* = 5 Junii 1837 „ 85
ENCYCLICA *super praecedentia Collegiorum et Professorum Universitatum prae Militibus* = 21 Augusti 1838 „ 87
DECLARATIONES *S. Congregationis* = 16 Decembris 1839 . . . . . „ 89
DECRETUM *de Doctoribus Collegiatis eligendis* = 3 Julii 1840 . . . . . „ 91
DECLARATIONES *S. Congregationis* = 25 Februarii 1841 . . . . . „ 93
ENCYCLICA *super Patrimonio Studiorum* = 15 Martii 1842 . . . . . „ 99

Digitized by Google

APPENDIX PRIMA . . . . pag. 103
DISPACCIO *sulla collazione delle Lauree e Matricole di Medicina o Chirurgia a chi ha compito il corso secondo l'antico metodo* = 26 Agosto 1825 . . „ 105
CIRCOLARE *sull' approvazione delle Accademie* = 14 Ottobre 1825 . . . . . „ 109
ALTRA *per conoscere il numero delle Scuole e le rendite alle medesime addette* = 31 Decembre 1825 „ 111
DISPACCIO *all' Emo Avvicancelliere della Università di Bologna sopra il Consiglio in ajuto del Rettore* = 2 Aprile 1826 . . . . . „ 119
CIRCOLARE *sul Patrimonio degli Studj e su i privilegj ad esso accordati* = 22 Settembre 1826 . . . „ 121
ALTRA *a tutti i Deputati dei Collegj di Roma per la formazione dello Stato dei beni* = 15 Febbraro 1828 „ 127
ALTRA *per i funerali in suffragio dell' anima di Leone XII. di sa. me.* = 14 Febbrajo 1829 . . . „ 129
RISOLUZIONI *per la collazione dei Primariati negli Ospedali di Roma* = 18 Maggio 1830 . . . . „ 131
DECRETUM *quo clausis Universitatibus et Academiis, regulae praescribuntur super studiis et gradibus* = 8 Martii 1831 . . . . . „ 133
CIRCOLARE *sulla collazione delle Lauree durante la chiusura delle Università* = 21 Luglio 1831 . . „ 135
ISTRUZIONE *per provvedere agli studj durante la chiusura delle Università* = 1 Ottobre 1831 . . „ 139
CIRCOLARE *ai Presidenti degli Ospedali di Roma sul concorso per la collazione dei posti* = 24 Gennaro 1832 . . . . . „ 145

Digitized by Google

RISOLUZIONE *sul privilegio di poter conferire le Lauree e le Matricole in Medicina e Chirurgia a favore della Università di Ferrara* = 2 Settembre 1833 . . . . . pag. 149
CIRCOLARE *per la trasmissione gratuita di ciascun opera stampata nello Stato Pontificio alla Biblioteca di Bologna* = 14 Maggio 1835 . . . . . „ 151
DECLARATIO *super privilegio Universitatis Ferrariensis ne penes domos Professorum ars strepens exerceatur* = 5 Junii 1837 . . . . . „ 155
DISPACCIO *agli Emi Cardinali Camerlengo e Presidente della S. Congregazione Speciale di Sanità sulla Spezieria dei PP. Carmelitani Scalzi di Roma* = 9 Novembre 1838 . . . . . „ 157
REGOLAMENTO *per i Sordo-Muti di Roma* = 19 Novembre 1838 . . . . . „ 161
CIRCOLARE *sul metodo della corrispondenza epistolare* = 22 Decembre 1838 . . . . . „ 167
ALTRA *sul patrimonio degli Studj* = 1 Giugno 1839 „ 169
DISPACCIO *al Rettore della Università Romana sulla esenzione dei poveri dal pagamento delle propine anche per le Matricole di libero esercizio* = 29 Gennaro 1842 . . . . . „ 171
DISPACCIO *ai Conservatori di Roma sulla Protomoteca Capitolina* = 15 Aprile 1842 . . . . . „ 173
ALTRO *all' Emo Arcicancelliere della Università Romana sulla Clinica* = 19 Aprile 1842 . . . . . „ 175
ALTRO *all' Emo Arcicancelliere della Università di Bologna sulla Clinica* = 16 Luglio 1842 . . . . „ 179

Digitized by Google

DISPACCIO *al Rettore della Università Romana sul Magistero in Legge* = 23 Agosto 1842 . . . . pag. 183
THESES *ex quinque Facultatibus* . . . . . „ 185
APPENDIX SECUNDA . . . . „ 225
REGOLAMENTO *della Scuola degl' Ingegneri* = 23 Ottobre 1817 . . . . . „ 227
ALTRO *per le abilitazioni alle professioni di Perito Architetto, ed Ingegnere Civile* = 25 Giugno 1823 „ 241
CHIROGRAFO *sopra la stabile dotazione ed economica amministrazione dell' Archiginnasio di Roma* = 2 Febbrajo 1825 . . . . . „ 257
EDITTO *sulla revisione delle stampe in Roma* = 18 Agosto 1825 . . . . . „ 271
MOTU-PROPRIO *sopra il Regolamento degli Ospedali di Roma* = 3 Gennajo 1826 . . . . . „ 281
EDITTO *sul Patrimonio degli Studj* = 25 Gennajo 1828 „ 293
LITTERÆ APOSTOLICÆ *super regimine Magistratum piarum Urbis* = 6 Octobris 1828 . . . . . „ 299
REGULÆ *pro Magistris piis* . . . . . „ 309
REGOLAMENTO *legislativo giudiziario* = 10 Novembre 1834 . . . . . „ 331
NOTIFICAZIONE *sulla matricola di bassa Veterinaria* = 31 Decembre 1835 . . . . . „ 333
CIRCOLARE *sopra i Sordo-Muti* = 28 Gennaro 1842 „ 335
INDEX RERUM . . . . . „ 337

Digitized by Google

Digitized by Google

# ENCYCLICA
# AD EPISCOPOS
ET
# PRAESIDES
SUPER
## CONFIRMATIONE MAGISTRORUM
MENSE AUGUSTO PERAGENDA

DIEI XIX. AUGUSTI MDCCCXXXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1. *A quibusdam Delegationibus proposita est quaestio Secretariae Status, utrum ex praescriptionibus generalibus in Edicto diei 5 Julii proxime elapsi constitutis, de electione et confirmatione in die Sanctae Luciae facienda eo-*

1. Da talune Delegazioni è stato promosso alla Segreteria di Stato il dubbio, se colle generali disposizioni contenute nell' Editto dei 5 Luglio scorso sulla nomina e conferma de' Salariati impiegati in servizio delle Comunità, e del-

*rum, qui mercede conducti ministerio Communitatum praesto sunt, derogatum sit praecedentibus Sacrae Congregationis Studiorum Ordinationibus, quae ad Magistros periculo suffragiorum Consilii publici pro eorum confirmatione vel rejectione subjiciendos Augusti mensem constituere.*

2. *Cum vero finis, quo haec peculiaris exceptio refertur, sit novos habere anno scholastico ineunte, nempe Mense Novembri, Magistros paratos ad discipulos publicis in Scholis erudiendos; idcirco declaratur, praedictum Sacrae Studiorum Congregationis Ordinationem, qua decernitur, ut mense Augusto Consiliaria ad publicam institutionem habeantur Comitia, firmam ratamque tenendam esse.*

3. *Qua de re dum Dominationi Tuae haec significan-*

le Popolazioni da farsi nel giorno di S. Lucia, resti derogato alle anteriori prescrizioni della S. Congregazione degli Studj che rispetto ai Maestri Comunali stabilirono il mese di Agosto per procedere alla ballottazione in Consiglio de' Maestri medesimi, onde confermarli, o rimuoverli dal loro officio.

2. Essendo però il fine di tale singolare eccezione quello che al principio dell' anno scolastico nel Novembre di ciascun anno siano provvedute le pubbliche scuole de' rispettivi Maestri, si dichiara che la suddetta disposizione della S. Congregazione degli Studj, di tenere cioè in Agosto le Adunanze Consigliari per l'oggetto della pubblica istruzione, debbe rimanere nel suo pieno vigore.

3. Tanto debbo significare a V. S. Illma e Rma per sua

Digitized by Google

*da censui, ut opportune hujus generis dirigas Consilia, praeclaram Tibi meam existimationem confirmo.*

norma opportuna, e con distinta stima mi confermo.

Datum ex Secretaria S. Congregationis Studiorum die 19 Augusti 1831.

D. P. CARD. ZURLA PRÆF.

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis.*



Digitized by Google

Digitized by Google

# ENCYCLICA
## AD EPISCOPOS
SUPER
## BIENNALI CONFIRMATIONE
# LUDIMAGISTRORUM
## EXTRA UNIVERSITATES

DIEI VIII. SEPTEMBRIS MDCCCXXXI.

1. *Leonina Constitutio* = Quod Divina Sapientia = *art.* 144, *ubi agitur de communium Magistrorum electionibus, statuit, eas juxta leges Status Pontificii esse peragendas. Vigore edictalis legis Emi a Secretis Status; quae die* 5. *superioris mensis Julii prodiit; singuli Communitatum Officiales ac Stipendiarii haud amplius unoquo-*

1. L'art. 144 della Bolla = *Quod Divina Sapientia* = parlando della ballottazione dei Maestri Comunali stabilisce che debba farsi secondo le Leggi dello Stato. In forza dell' Editto di Segreteria di Stato dei 5 Luglio scorso gl' Impiegati e Salariati Comunitativi non più ad anno, ma bensì a biennio debbono sottoporsi alla ballottazione, nè vi può essere ragio-

Digitized by Google

*que anno, sed quolibet biennio suffragiorum periculo sunt subjiciendi, neque ulla subest ratio, cur ab eo excludantur publici Praeceptores, qui dummodo nulla inusti sint censurae nota, legum favore sunt certe cumulandi, quippe qui operam suam in publicam utilitatem impendunt.*

ne per eccettuarne i Maestri, i quali anzi meritano tutto il favore delle leggi, quando non hanno mancanze, impiegando utilmente la loro opera in servizio pubblico.

2. *Quamobrem Sacrae Congregationis Studiorum nomine Amplitudini Tuae Illmae ac Rmae id cavendum significo, ut in posterum municipiorum magistri sub finem cujusque biennii mense Augusto scrutinio confirmentur vel removeantur, ita tamen ut caeterae omnes ejusdem Sacrae Congregationis leges ordinationesque praedictos Magistros respicientes firmae omnino maneant.*

2. Pertanto in nome della S. Congregazione degli Studj significo a V. S. Illma e Rma che in avvenire i Maestri Comunitativi saranno sottoposti alla conferma o esclusione dei Consigli al fine di ogni biennio nel mese di Agosto di ciascun'anno, restando ferme riguardo ai Maestri suddetti tutte le altre leggi e ordinazioni della medesima S. Congregazione.

3. *Erit Amplitudinis Tuae certiores hac de re facere Magistratus spirituali tuae juris-*

3. V. S. Illma si compiaccia di rendere di ciò informate le Magistrature de' Luoghi sog-

Digitized by Google

*dictioni subjectos, dum singulari adductus aestimatione dicor.*

getti alla sua spirituale giurisdizione, e con distinta stima mi confermo.

Dominationis Tuae Illmae ac Rmae

Datum Romae ex S. Congregatione Studiorum hac die 8. Septembris 1831.

D. P. CARD. ZURLA PRÆF.

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis*

Digitized by Google

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## AD RMOS CANCELLARIOS

## UNIVERSITATUM

## SECUNDI ORDINIS

### SUPER INFIMIS MATRICULIS

DIEI XX. FEBRUARII MDCCCXXXII.

*In Ordinationibus Studiorum a Sacra Congregatione editis die 18 Augusti anni 1826 art. 18 praescribitur, ab eadem Sacra Congregatione dandas esse literas ad Moderatores Universitatum, ne praeter modum augeatur numerus eorum, qui exercent inferiorem artem Chirurgiae, Pharmaciae, et Veterinariae. Quum vero numerus ejusmodi ac praecipue facientium Chirurgiam inferiorem, quam ma-*



Nelle Ordinazioni della S. Congregazione degli Studj pubblicate il 18 Agosto 1826 all' art. 18 si prescrive che la medesima debba dare istruzioni ai Capi delle Università, affinchè il numero di quelli che esercitano le basse operazioni di Chirurgia, Farmacia, e Veterinaria, non si aumenti oltre il bisogno dello Stato. Ora poi siccome un tal numero massime nei Flebotomi sembra che di giorno in giorno



Digitized by Google

*xime in dies adaugeri videatur, Dominationis Tuae erit providere, ne pro liberi exercitii Matricula suae peritiae explorandae facultas detur nemini inconsulta Sacra Congregatione Studiorum, ut una cum Emo Domino Card. S.R.E. Camerario eas edat praescriptiones, quas in peculiari quovis casu opportunas judicabit, atque interim meam Tibi existimationem confirmo.*

vada aumentandosi ad eccedenza, così V. S. Illma e Rma si compiacerà di non ammettere alcuna persona all' esame per l'esercizio di siffatte professioni senza averne prima resa consapevole la S. Congregazione, acciocchè di concerto coll' Emo Sig. Cardinale Camerlengo possa prendere quelle determinazioni, che si crederanno opportune in ciascun caso particolare, ed intanto colla più distinta stima mi confermo.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 20 Februarii 1832.

D. P. CARD. ZURLA PRÆF.

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis*

Digitized by Google

# DECRETUM

## SUPER PRAECEDENTIA

INTER

## DOCTORES COLLEGIATOS

DIEI XXV APRILIS MDCCCXXXII.

1. *Quum persaepe accidat, ut variis vacantibus sedibus in alicujus Studiorum Universitatis Collegio, unus tantum Doctor eligatur, quamvis sedes, quae eidem electioni occasionem dedit, posteriori tempore vacaverit, idcirco, ne ulla in posterum injecta sit Doctoribus antecedentibus dubitatio circa praelationis jura, Sacra Congregatio Studiorum statuendum esse duxit, prout statuit, atque decernit, virum jam electum atque in Collegium cooptatum*

1. Accadendo spesse volte, che mentre in uno stesso Collegio di qualche Università vacano diversi posti, uno solo viene eletto Dottore di Collegio, e non altri, quantunque il posto che promuove tale elezione, sia vacato posteriormente, la Sacra Congregazione degli Studj a togliere ogni dubbiezza fra i Dottori di Collegio intorno ai diritti della loro anzianità, giudicò doversi stabilire, siccome stabilisce, e decreta, che un soggetto già nominato ed aggregato al

*propriam sedem omnino servare debere; licet post eum alius Doctor fuerit adscriptus ad removendum anterioris temporis vacationem; simulque viros ea ipsa die Doctores Collegii renunciatos, sedes occupare debere juxta ordinem antecedentium Doctorum, quibus successores facti sunt.*

Collegio conservi il suo posto di anzianità, ancorchè dopo di lui sia nominato altro soggetto per una vacanza accaduta anteriormente, e che i soggetti nominati ai Collegii sotto lo stesso giorno debbano prendere il posto in esso Collegio secondo l'ordine di anzianità della persona, a cui succedono.

2. *Hocce Decretum Sanctissimus Dominus N. Gregorius PP. XVI Pontifex Maximus in audientia diei 25 Aprilis anni 1832 ratum habuit, et auctoritate sua confirmavit. Contrariis non obstantibus.*

2. Siffatto decreto la Santità di N. S. Gregorio PP. XVI si è degnata di confermare colla sua autorità nell' udienza dei 25 Aprile 1832, non ostante qualunque cosa in contrario.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 25 Aprilis anni 1832.

D. P. CARD. ZURLA PRÆF.

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis.*

Digitized by Google

# DECRETUM

## S. CONGREGATIONIS STUDIORUM

QUARTO NONAS SEPTEMBRIS ANNO MDCCCXXXIII.

CORAM

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

## GREGORIO PP. XVI.

ACTUS EST SACRAE CONGREGATIONIS STUDIORUM CONVENTUS, IN QUO, HABITA RATIONE TEMPORUM, EA, QUAE SEQUUNTUR, DECRETA FUERUNT, VIDELICET

§. *I.*

De Cathedris Universitatum.

1. *Scholae Philosophiae elementariae, nimirum Logica, Metaphysica, Ethica, atque Algebrae et Geometriae elementa, in numero Cathedrarum Universitatum non habe-*

§. I.

*Delle Cattedre nelle Università.*

1. Le Cattedre di Filosofia elementare, cioè la Logica, la Metafisica, l'Etica, e gli elementi di Algebra e Geometria non saranno annoverate fra le Cattedre delle

*antur. His studiis in sua quisque provincia operam dabit apud Magistros, qui a Sacra Congregatione Studiorum docendi facultatem obtinuerint.*

Università. Questi studj si faranno da ciascuno nella propria provincia sotto la direzione di Maestri, i quali abbiano ottenuto la necessaria approvazione dalla Sagra Congregazione degli Studj.

2. *Scholae Institutionum juris civilis, canonici, et criminalis inter Cathedras Universitatum locum teneant, ut antea. Ad haec studia tantummodo recipiantur, qui sunt ejusdem civitatis vel provinciae, ad quam Universitas pertinet. Caeteri adolescentes in sua quisque civitate vel provincia in id studium incumbant, et Magistros Sacrae Congregationis permissu docentes audiant.*

2. Le Cattedre d' Istituzioni civili, canoniche, e criminali continueranno a far parte delle Università. Saranno però ammessi in tali scuole i soli Studenti nativi della città e provincia, cui l' Università appartiene. Tutti gli altri dovranno far questi studj nella propria città o provincia sotto Maestri approvati dalla stessa Sagra Congregazione.

3. *Reliquas omnes Universitatum Cathedras, sicuti Constitutione* = Quod Divina Sapientia = *et Ordinationibus Studiorum praescriptum est, oportebit ab iis omnibus frequentari, qui ad Laureas, aliosque gradus academicos adspi-*

3. Le altre Cattedre delle Università si dovranno frequentare da tutti quelli, che aspirano alle Lauree ed ai gradi accademici, come è prescritto dalla Bolla = *Quod Divina Sapientia* =, e dalle Ordinazioni degli Studj: ma fino a nuova

Digitized by Google

*rant. Verumtamen ipsae Cathedrae, quoad aliter sit statutum, extra aedes Universitatum separatae maneant, prout Decreto diei 1 Octobris 1831 edictum fuit* (a).

disposizione resteranno le Cattedre suddette in luoghi separati, siccome fu ordinato col Decreto del 1 Ottobre dell'anno 1831 (*a*).

## §. *II.*

De Auditoribus admittendis ad Universitates.

*4. Ad quasvis Scholas Universitatum nemo unus recipatur.*

*I. Qui duodevigesimum aetatis annum non expleverint, qua super re testificatio suscepti Baptismatis exhibenda.*

*II. Qui legitime riteque non probaverit, sibi vel ex censu paterno, vel aliunde tantum suppetere pecuniae, quantum conficiendo studiorum curriculo sufficiat. Qui in Romana vel Bononiensi Univer-*

## §. II.

*Dell' ammissione agli Studj delle Università.*

4. Niuno sarà ammesso alle Università, qualunque sia lo studio, cui vuole applicarsi,

I. Se non abbia compito l'anno dieciottesimo di sua età, da comprovarsi colla fede del Battesimo.

II. Se non giustifichi legalmente di avere o dall'asse paterno, o da altra parte tanto di rendita, con che possa compiere il corso degli Studj. Chi vorrà compierlo nelle Università di Roma o di Bologna,

(*a*) Vide Tom. II. Append. I.

(*a*) *Vide Tom. II. Append. I.*

Digitized by Google

*sitate studiis dare operam velint, iis minimum erit reditus duodecim scutatorum nummum in singulos menses. Quod ad alias Universitates pertinet, Rmi Cancellarii pro sua prudentia summam praefiniant.*

*III. Qui non habitet apud hominem perspectae probitatis: et hic praeterea Archicancellario, vel Cancellario non polliceatur, et recipiat eidem renunciaturum, si adolescens male se gerat, vel alio habitatum se transferat.*

*IV. Qui non modo cujuscumque criminis perduellionis sit expers, sed ne ullam quidem suspicionem praebuerit, neque unquam fuerit de alio quocumque crimine postulatus: idque Tribunalia testentur, quae testificationes, quotiescumque aliquis gradus academicus petatur, iterum proferantur.*

dovrà avere almeno scudi dodici al mese. Per gli Studenti nelle altre Università il *minimum* sara fissato dai Rmi Cancellieri secondo la loro prudenza.

III. Se non abiti con persona di conosciuta probità, la quale assuma l'obbligazione di avvisare l'Arcicancelliere o Cancelliere, nel caso che il giovane tenga una condotta riprovevole, o vada ad abitare altrove.

IV. Se col *Certificato politico*, e *colla Fedina criminale* non provi d'essere scevro non solo da delitto di ribellione, ma eziandio di non averne dato alcun motivo di sospetto, e di non essere stato giammai inquisito per delitti comuni. Lo stesso *Certificato politico*, e *la Fedina criminale* si dovranno presentare ogni volta, che si dimandi alcun grado accademico.

Digitized by Google

*V. Qui denique Philosophiae Baccalaureatu jam non sit ab aliqua Universitate donatus. Ratione hujusce gradus academici ex articulo* 154 *Constitutionis* = Quod Divina Sapientia = *adolescentes ad studia recipiendi a periculo doctrinae faciendo eximuntur.*

V. Se finalmente non abbia conseguito il Baccalaureato di Filosofia in qualche Università. Quelli che hanno conseguito questo grado accademico, in forza dell' articolo 154 della Costituzione = *Quod Divina Sapientia* = sono esentati dall' esame di ammissione.

## §. *III.*

De Auditoribus admittendis ad Studia Philosophiae elementariae et institutionum utriusque juris extra Universitates.

5. *Aditus ad scholas Philosophiae elementariae pateat nemini, qui a proprio Episcopo, ejusve Legato, et publicis scholarum Curatoribus adeundi facultatem non fuerit consequutus.*

6. *Ea vero facultas numquam detur, quin Adolescentis explorata sit, atque cognita vitae morumque probi-*

## §. III.

*Dell' ammissione agli studj di Filosofia elementare, e delle Istituzioni dell' una, e dell' altra Legge fuori dell' Università.*

5. Niuno sarà ammesso agli Studj elementari di Filosofia, se non sia stato approvato dal proprio Vescovo o suo Delegato, e dai Deputati delle pubbliche Scuole.

6. Non si concederà tale approvazione a quei giovani, i quali non abbiano dato saggio di loro probità nel tenor

*tas, ejusque in studiis linguae latinae, et humaniorum literarum progressus; de quo delecti Examinatores tres judicium ferant.*

7. *Episcopi, et publicarum scholarum Curatores neminem eorum, qui testificatione Tribunalium, et Baccalaureatu Philosophiae carent, ad studia Institutionum utriusque juris admittant.*

di vita e nel costume, e che non siano bene istruiti nella lingua latina, e nelle belle lettere; al qual effetto saranno esaminati da tre Professori.

7. I Vescovi, ed i Deputati delle pubbliche Scuole non ammetteranno alcun giovane agli Studj delle Istituzioni dell' una e dell' altra legge, il quale sia privo del *Certificato politico*, e *della Fedina criminale*, e non abbia già conseguito il Baccalaureato di Filosofia.

## §. *IV.*

### De Laureis et Gradibus Academicis.

8. *Nulli Universitati liceat, eos, qui externae ditionis sunt, doctoris Laurea, aliove gradu academico insignire, praeterquam illos, qui ad Collegia suae Nationis studiorum caussa se conferunt. At Sacrae Theologiae, et Sa-*

## §. IV.

### *Delle Lauree, e dei gradi Accademici.*

8. Niuna Università potrà conferire Lauree, Matricole, nè altro grado accademico a quelli, che sono di Stato estero, eccettuati i Collegiali, che vengono per ragione di studio nei Collegj della loro Nazione. Ma le Lauree ed i gradi

Digitized by Google

*crarum disciplinarum Laureae, gradusque academici uniciuique poterunt sine ulla exceptione tribui, dummodo ea praestiterit, quae eadem Constitutione sancita sunt.*

9. *Nemini in posterum fas erit liberales artes in Pontificia ditione profiteri, vel exercere, qui ab externa Universitate Lauream vel Matriculam tulerit.*

10. *Adolescentibus, qui gradus academicos temporibus lege praefinitis aut petere neglexerint, aut non fuerint assequuti, ille annus scholasticus in orbe studiorum non computetur.*

11. *Laureae et gradus academici non erunt rati, si, quae praescripta sunt titulis* 17, 20, *et* 21 *Constitutionis* = Quod Divina Sapientia = *et Ordinationibus Studiorum, in illis impertiendis non plene cumulateque serventur.*

accademici in Teologia, e nelle scienze sacre potranno esser conferiti a tutti indistintamente, purchè si osservino le condizioni prescritte dalla Bolla = *Quod Divina Sapientia* =.

9. Non sarà nel tempo avvenire permesso ad alcuno l'esercizio delle professioni ed arti liberali nello Stato Pontificio, il quale abbia ricevuto la Laurea, e la Matricola dalle Università di Stato estero.

10. A tutti quei giovani, che nel tempo stabilito dalla Legge o non dimanderanno di essere insigniti dei gradi accademici, o non li avranno conseguiti, non si computerà quell' anno nel corso dei loro studj.

11. Non si avranno per valide le Lauree, ed i gradi accademici, che siano stati conferiti senza osservare pienamente tutto ciò, che è prescritto nei titoli 17, 20, e 21 della Bolla = *Quod Divina Sapientia* = e nelle Ordinazioni degli Studj.



Digitized by Google

## § V.

De Professoribus, et Magistris publicis et privatis

12. *In Professoribus Universitatum eligendis Constitutio* = Quod Divina Sapientia = *omnino servetur, et statim ac Cathedra vacaverit, Archicancellarii vel Cancellarii non differant certamen doctrinae a petitoribus ineundum indicere, nisi forte articulus septuagesimus ejusdem Constitutionis obstiterit; qua de re S. Congregationem Studiorum certiorem faciant, ejusque responsa expectent.*

13. *Ubi Professores Universitatum impediantur, quominus docere possint, protinus virum ejus facultatis Doctorem, idoneum satisque probatum deputent, qui eorum vices expleat. Hic autem non doceat, nisi primum Archi-*

## §. V.

*Dei Professori, e dei Maestri pubblici e privati.*

12. Nella elezione dei Professori sarà esattamente osservata la Costituzione = *Quod Divina Sapientia* = ed appena vachera una qualche Cattedra, gli Arcicancellieri e Cancellieri non tarderanno ad intimare il concorso, eccettuato il caso contemplato dall' articolo 70 della detta Costituzione; del che renderanno intesa la Sagra Congregazione degli Studj, e ne aspetteranno le sue risoluzioni.

13. I Professori delle Università, allorchè siano impediti dall' insegnare, deputeranno un soggetto laureato in quella Facoltà, abile ed abbastanza cognito, che faccia le loro veci. Questi dovrà essere approvato dall' Arcicancelliere o Cancel-

Digitized by Google

*cancellarii vel Cancellarii conseuserint. Nulli erunt in posterum Professores, qui Substituti dicuntur.*

14. *Magistri Scholarum publicarum extra Universitates non confirmentur, inconsulta Sacra Congregatione.*

15. *Qui private docuerint non observatis regulis scholarum privatarum editis die 26 Septembris 1825, debitis poenis afficientur. Curiae Ecclesiasticae, quibus ea res commissa est, Tribunalium Urbanorum opera, ubi opus fuerit, utantur.*

liere. Non vi saranno in avvenire Professori Sostituti.

14. I Maestri Comunali non saranno confermati senza intelligenza della Sagra Congregazione.

15. Chiunque farà Scuola privata senza la necessaria licenza, sarà punito a forma del Regolamento pubblicato il dì 26 Settembre 1825. Le Curie Vescovili invocheranno, se farà d'uopo, l'autorità politica.

Hoc Decretum SSmus D. N. Gregorius XVI. Pontifex Maximus ratum habuit, et auctoritate sua confirmavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum die 2 Septembris 1833.

D. P. CARD. ZURLA PRÆFECTUS

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# DECRETUM

## S. CONGREGATIONIS STUDIORUM

SUPER

## SCHOLIS PRIVATIS

DIEI XXIV OCTOBRIS MDCCCXXXIII.

*Sacra Studiorum Congregatio, ut Scholis prospiceret elementariis Philosophiae, et Institutionum Legalium, quae ex decreto diei 2 Septembris proxime elapsi jam Cathedris Universitatum haud accensentur, regulas, quae sequuntur, accuratissime servandas praescripsit.*

1. *Qui potestatem efflagitabit privatas aperiendi scholas Logicae, Metaphysicae, Ethicae, Elementorum Algebrae et Geometriae ac Institutionum Legalium, idoneis ac positivis testificationibus teneatur probare*

La Sagra Congregazione degli Studj volendo provvedere alle Scuole elementari di Filosofia e d'Istituzioni legali, le quali secondo il Decreto del 2 Settembre prossimo passato non hanno più luogo fra le Cattedre delle Università, ha stabilito le regole seguenti, che dovranno essere esattamente osservate.

1. Chiunque dimanderà la facoltà di aprire Scuola privata di Logica, Metafisica, Etica, di Elementi d'Algebra e Geometria, e d'Istituzioni legali, dovrà provare con documenti legittimi e positivi

*I. Se in Ditione Ecclesiastica aut natum, aut legitimum domicilium adeptum fuisse.*

*II. Honestis ortum natalibus, atque annos quatuor et viginti explevisse.*

*III. In ea facultate, quam docere expostulat, doctorali laurea praeditum esse.*

*IV. Religionis et morum integritatis specimina semper dedisse.*

*V. Nunquam ob communia delicta juridice inquisitum; et quoad perduellionis crimina, nunquam postulatum, nec designatum a gubernio fuisse per censores explorandum, nec ullam de se suspicionis causam dedisse.*

2. *Praeterea coram Episcopo vel ejus Delegato, et Scholarum publicarum Deputato tum voce tum scripto periculum doctrinae subeat.*

3. *Tres Professores ab Episcopo designandi perica-*

I. Di esser nativo dello Stato Pontificio, o di avervi acquistato il domicilio legale.

II. Di essere di onesti natali, e di aver compita l'età di anni 24.

III. Di aver la Laurea dottorale in quella facolta, la quale dimanderà d'insegnare.

IV. Di aver sempre dato saggio di religione e di buoni costumi.

V. Di non esser mai stato soggetto a legale processura per delitti comuni; e quanto ai delitti politici, di non esser mai stato soggetto nè a processura, nè a sorveglianza, nè aver dato giammai alcun motivo a sospettarne.

2. Inoltre dovrà sostenere un'esame in iscritto ed in voce alla presenza del Vescovo o suo Delegato, e dei Deputati delle pubbliche Scuole.

3. L'esame si fara da tre Professori che nominerà il Ve-

*lum facient Candidati, et per secreta suffragia judicium ferent.*

4. *Examen habeatur latino sermone. Excipe Ludimagistros Algebrae et Geometriae, in quibus examinandis lingua italica erit usurpanda.*

5. *Nemo ex Magistris erit adprobandus inconsulta Sacra Congregatione.*

6. *Privati Magistri pauciores, quoad fieri poterit, sint, adeo ut iis in locis, ubi elementariae Philosophiae aut Institutionum Legalium Scholae publicae sint constitutae, nullus erit approbandus privatus Ludimagister, nisi eaedem Scholae ob candidatorum numerum impares deprehendantur.*

7. *Hisce privatis scholis Episcopi Delegatus, et publicarum scholarum Deputati praeerunt.*

8. *Scholae producantur ad duas horas, et Magistri aliquid temporis insumant in in-*

scovo, i quali a voti segreti pronuncieranno il loro giudizio.

4. Nell' esame suddetto si userà la lingua latina, eccettuati i soli Maestri di Algebra e Geometria, che saranno esaminati in lingua italiana.

5. Niun Maestro privato sarà approvato senza l'intelligenza della Sagra Congregazione degli Studj.

6. Il numero di tali privati Maestri sarà più ristretto che sia possibile; talchè nei luoghi in cui sono stabilite scuole pubbliche elementari di Filosofia o d' Istituzioni legali, non si approverà alcun Maestro privato, a meno che le dette scuole non bastassero al numero dei concorrenti.

7. Il Delegato del Vescovo, ed i Deputati delle pubbliche scuole sopraintenderanno a codeste scuole private.

8. Ciascuna scuola durerà due ore, ed i Maestri dovranno impiegare qualche tempo

*terrogandis, et exercendis auditoribus.*

9. *Qui ex Magistris duas scholas aperiendi potestatem obtinuerit, in utraque quotidie duas horas impendet.*

10. *Scholarum initium esto nonis novembris, et finis exeunte mense Augusto.*

11. *Vacent*

*A Vigila Nativitatis inclusive ad posterum Circumcisionis diem.*

*A Sabato, quod immediate praecedit Dominicam sexagesimam, ad integram feriam quartam Cinerum.*

*A Dominica Palmarum ad feriam tertiam Paschatis inclusive.*

*Vacent etiam quolibet die Jovis, et tribus diebus Rogationum minorum, nec non anniversario Coronationis Summi Pontificis.*

nell' interrogare, ed esercitare i loro scolari.

9. Se un Maestro sarà approvato a fare due scuole, impiegherà due ore al giorno per ciascuna di esse.

10. Incomincieranno le scuole nel giorno cinque di Novembre, e termineranno alla fine di Agosto.

11. Sarà vacanza

Per Natale, dalla vigilia inclusivamente a tutto il primo di Gennajo.

Per Carnevale, dal Sabbato che immediatamente precede la Domenica di Sessagesima a tutto il giorno delle Ceneri.

Per Pasqua di Risurrezione, dalla Domenica delle Palme alla terza Festa di Pasqua inclusivamente.

Sarà vacanza eziandio ogni Giovedì, e nei tre giorni delle Rogazioni minori, e nel giorno anniversario della Incoronazione del Sommo Pontefice.

Digitized by Google

12. *Quilibet ex Ludimagistris diligenter auditores in album referat, iisdemque receptionis matriculam qualibet, ut ajunt, terzieria subscribat.*

13. *Episcopi cum Deputatis scholarum publicarum definient* maximum *et* minimum, *quod cuivis Magistro datum erit a singulis discipulis exigere.*

14. *Archi Cancellarii et Cancellarii ad examina Baccalaureatus in Philosophia tres eligant Doctores ex Collegio, duos nimirum ex Collegio philosophico, ac unum ex Theologico.*

15. *Cum Candidati hunc gradum obtinuerint, scutatum unum solvant. Hoc in deposito habebitur, donec aliter statuatur.*

*Quoniam vero ad Institutionum Legalium aut aliud quodvis studium in Universitatibus neminem recipi fas est, quin prius Baccalaureatum in Philosophia obtinuerit, ideo Sa-*

12. I Maestri terranno esatto registro dei loro scolari, e segneranno la Pagella ai medesimi in ogni terzieria.

13. I Vescovi coi Deputati delle pubbliche scuole determineranno il *minimum* ed il *maximum*, che ciascun Maestro privato potrà esigere dai suoi scolari.

14. Gli Arcicancellieri e Cancellieri deputeranno tre Dottori di Collegio per gli esami del Baccalaureato in Filosofia, cioè due del Collegio Filosofico, ed uno del Collegio Teologico.

15. Il Candidato, quando ottenga il detto grado, pagherà un solo scudo. Questi denari si terranno in deposito fino a nuova istruzione.

Siccome poi niuno può essere ammesso agli studj delle Istituzioni Legali, nè ad altro qualunque studio nelle Università, se prima non abbia ottenuto il Baccalaureato in Filo-



Digitized by Google

*cra Congregatio singulis Episcopis Ditionis Ecclesiasticae indicem* (a) *mittit quarumdam thesium, super quibus ii, qui Universitates hujusmodi gradum obtinendi causa adierint, erunt praecipue examinandi; et ex quibus unicuique privato Ludimagistro exemplar dandum erit, hac addita lege, ut ab iis auditoribus, qui medicum aut chirurgicum cursum suscipere voluerint, in ipso Baccalaureatus vel alio examine periculum sustinendum erit in Physicae studio profecisse.*

sofia, così la suddetta Sacra Congregazione trasmette a ciascun Vescovo dello Stato Pontificio un Elenco (*a*) di alcuni punti, su dei quali gli studenti, che si presenteranno alle Università per ottenere il detto grado, saranno particolarmente esaminati; e perciò dovrà darsene una copia ad ogni Maestro privato per sua norma, avvertendo, che quei giovani, i quali vorranno intraprendere il corso medico o chirurgico, dovranno nello stesso esame del Baccalaureato, o in altro esame dar saggio di aver con profitto atteso allo studio della Fisica.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum die 24 Octobris 1833.

D. P. CARD. ZURLA PRÆFECTUS.

*J. Archiepiscopus Ephesinus a Secretis.*

---

(a) V. Tom. II. Append. I.

(*a*) *V. Tom. II. Append. I.*

Digitized by Google

# ENCYCLICA
# AD EMOS LEGATOS
ET
## RMOS PRÆSIDES PROVINCIARUM
DE MITTENDIS EDICTIS LATIS PRO NOVIS ADVOCANDIS
## MEDICIS ET CHIRURGIS
COMMUNITATUM

DIEI XVI AUGUSTI MDCCCXXXIV.

1. *Illud accidit saepenumero, ut nonnulli, qui studio Medicinae aut Chirurgiae operam navant, ab hac Sacra Studiorum Congregatione veniam efflagitent properandi periculum doctrinae, ut sibi libera tribuatur facultas exercendae Medicinae vel Chirurgiae, asserentes paratam habere occasionem per concursum assequendi stipendium.*

1. Non di raro avviene che alcuni giovani studenti di Medicina, o Chirurgia domandino a questo S. Consesso la dispensa di anticipare l'esame pel libero esercizio di detta facoltà, dicendo che si è loro presentata la pronta occasione di concorrere ad una condotta vacante.

Digitized by Google

2. *Quum vero plerumque lateat, utrum quod ipsi petitionis juvandae gratia narrant, veritate nitatur, res diuturniori, quam par esset, mora foret investiganda. Huic incommodo, ut opportunum quaeratur remedium, Eminentiam Tuam ( vel . . . ), cujus est sancire edicta pro novis advocandis Medicis et Chirurgis istius Provinciae, oro atque obsecro, ut exemplaria quaedam eorumdem edictorum huic Sacrae Congregationi et Emis Archi-Cancellariis Universitatum Romanae ac Bononiensis mittere velit, ut ea in unaquaque Cancellaria palam exposita omnibus innotescant. Exinde fiet, ut non solum competitores se majori alacritate ornari curent necessariis documentis ac dotibus, sed insuper Municipia satis perspectas habeant concurrentium praerogativas, quorum vitae ratio et in studiis progressus ab iis,*

2. Non conoscendosi il più delle volte, se sia vero quanto essi espongono in appoggio delle loro domande, converrebbe accertarsene con un giro ben lungo, a scanzo del quale, e per maggior speditezza, prego l'Emza Vostra ( ovvero . . . ), a cui spetta l'approvare le Notificazioni per le condotte di codesta Provincia a degnarsi di rimetterne qualche esemplare a questa S. Congregazione, ed anche agli Emi Arcicancellieri delle Università di Roma e di Bologna, affinchè li possano far conoscere, affigendoli nella residenza della rispettiva Cancelleria; la quale affissione oltrechè invoglierà sempre più i giovani a fornirsi con maggiore alacrità di tutti i requisiti necessarj per concorrere, potrà anche servire alle Comuni per essere meglio informate sulle qualità dei Concorrenti che particolarmente in fatto di buona condotta, e di profitto

Digitized by Google

*qui Universitatibus praesunt, plane dignoscitur.*

*Quo par est, obsequio Eminentiae Tuae manus humillime deosculor.*

negli Studj sono ben cogniti a chi presiede alla Università.

Con sensi di profondo ossequio bacio all' Emza Vostra umilissimamente le mani.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 16 Augusti 1834.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆFECTUS.

*L. Altieri a Secretis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## AD EMOS ARCHICANCELLARIOS

ET

## REVERENDISSIMOS CANCELLARIOS

SUPER ACTIS COLLEGIORUM

DIEI XI DECEMBRIS MDCCCXXXIV.

1. *Quum cognitum compertumque habeat Sacra Congregatio Studiis moderandis, Collegia quaedam Universitatum Ditionis Ecclesiasticae admodum negligenter se gerere circa praescriptionem, qua statuitur, acta ad eadem Collegia pertinentia in Cancellariis esse deponenda, ut patet ex art. 7 §. II. Ordinationum editarum die 5 Novembris anni 1827, Tuam, Eme Domine ( vel . . . . . )*

1. Consapevole la Sagra Congregazione della negligenza, con cui alcuni dei Collegj delle Università dello Stato si astengono dal depositare gli atti ad essi appartenenti nelle Cancellerie delle medesime, secondo che chiaramente si prescrive nell' art. 7 del §. II. delle Ordinazioni pubblicate ai 5 Novembre del 1827, interpone l'autorità di V. E. ( V. S. Illma e Rma ) affinchè non si protragga l' invalso disordine, qua-

*urget auctoritatem, ut haec, si qua esset in Universitate, quam merito dirigis, perturbatio tollatur.*

2. *Lex hujusmodi neque inutilis neque supervacanea est habenda, nam regulari actorum hujusmodi ordini et collocationi subjecta est obtemperatio alterius latae legis, nempe mittendi ad hanc Sacram Congregationem sexto quoque mense catalogum graduum academicorum, qui jam collati fuerint, simulque annotandi numerum discipulorum, qui quotannis in Universitate recipiuntur. Quas necessarias notiones gratum erit Eminentiae Tuae ( vel . . . . . ) ad Nos transmittere.*

*Interim etc.*

lora sussistesse in quella, cui Ella meritamente presiede.

2. Siffatta provvidenza non può considerarsi come inutile, o soverchia, mentre dal depositarsi regolarmente gli atti dei rispettivi Collegj dipende l' osservanza esatta dell' altra ordinazione già emanata di trasmettere in ciascun semestre a questo S. Consesso l'elenco dei diversi gradi conferiti, non che l'annuale statistica degli scolari ammessi nella Università, delle quali necessarie notizie si compiacerà l' E. V. ( V. S. ) di trasmettermi quanto si desidera.

Frattanto ec.

Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Studiorum die 11 Decembris anni 1834.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆFECT.

*L. Altieri a Secretis.*

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## AD SINGULOS EPISCOPOS

SUPER

## LAUREA DOCTORALI A MAGISTRATIBUS ET DIGNITATIBUS OBTINENDA

DIEI XX. JULII MDCCCXXXV.

1. *Sanctissimus Dnus Noster Gregorius PP. XVI. suorum, quos maxime diligit, subditorum utilitati semper intentus, paterna perpendens cura errores, et damna, quae obvenire possent iis, quorum interest, si decreta voluntariae jurisdictionis in contractibus pupillorum, mulierum, et minorum interponerentur ab Magistratibus, aliisque Auctoritatibus, in utriusque juris facultate minus peritis, et hac forte de caussa doctorali Laurea, pro dictis interponendis*

1. La Santità di Nostro Signore intenta sempre a procurare il bene degli amatissimi suoi Sudditi, riflettendo nella sua paterna sollecitudine agl' inconvenienti ed errori, che potrebbero commettersi a danno degl' interessati coll' interposizione dei decreti di giurisdizione volontaria nei contratti di donne, pupilli, minori ec. fatta dai Magistrati ed altre autorità non pienamente istruite nella scienza dell' uno e dell' altro diritto, e perciò forse non ancora mu-

*decretis necessario praescripta, nondum instructis, per litteras Emi et Rmi Domini Cardinalis a Secretis super negotiis Status internis mihi datas dignatus est praecipere, ut hujus anni terminus ad Lauream doctoralem obtinendam iis concedatur, qui voluntariam jurisdictionem exercere debent; quo exacto nullae amplius impertiantur prorogationes et indulta, quae ab aliquo publico officio tribui consueverant.*

2. *Hoc excepto mandato ad exequendam minori, quo fieri posset, temporis intervallo Summi Pontificis voluntatem, simulque ad removendam quamcumque ignoratae legis excusationem, quae adveniente anno 1836 in medium afferri posset, Encyclicam ad Emos et Rmos Legatos, et Apostolicos Delegatos mittendam curavi, ut Praesidentibus, ac Vice-Praesidentibus Tribuna-*

nite della Laurea dottorale, requisito necessario per l'esercizio suddetto, si è degnata di ordinare con lettera direttami dall'Emo e Rmo Signor Cardinale Segretario per gli affari di Stato interni, che si accordi il termine di tutto il presente anno a quelli, che devono esercitare la volontaria giurisdizione per ottenere la Laurea dottorale; spirato il quale non abbiano più luogo le abilitazioni e proroghe, che da qualche Dicastero solevano concedersi.

2. Dopo ricevuto un tale ordine, per eseguire colla maggior possibile sollecitudine la Sovrana volontà, e perche non si abbia ad allegare nel venturo anno 1836 l'ignoranza di questa disposizione, ho diretto lettera circolare agli Emi e Rmi Legati, ed ai Delegati Apostolici dello Stato, affinchè ordinassero ai Presidenti e Vice-Presidenti dei Tribunali Civili e di Appello, ed ai Go-

Digitized by Google

*lium Civilium, et Appellationis, nec non Gubernatoribus, Assessoribus, et Jusdicentibus suae jurisdictioni subjectis significarent, futurum ut Auctoritates doctorali Laurea destitutae in posterum minime frui possint voluntariae jurisdictionis exercitio, licet supradictis publicis fungantur muneribus, nisi temporis spatio, quod adhuc superest ad explendum terminum praescriptum, eamdem Lauream ab aliqua Pontificiae Ditionis Universitate susceperint.*

3. *Hinc non latet Eminentiam Tuam, ( vel . . . . ) necessarium fore, Auctoritates quoque omnes Ecclesiasticas, ad quas praedictae voluntariae jurisdictionis exercitium pertinet, doctorali Laurea praeditas esse debere, ne de ejusdem defectu prae laicis Auctoritatibus insimulentur: idcirco Eminentiam Tuam ( vel . . . ) precor, ut adveniente*

vernatori, Assessori e Giusdicenti soggetti alla loro giurisdizione, che se nello spazio di tempo, che ancora rimane al compimento del perentorio termine assegnato, le Autorità prive della Laurea dottorale non riportano la medesima da qualche Università dello Stato Pontificio, non potranno più in avvenire ottenere l'esercizio della giurisdizione volontaria, quantunque siano rivestite dei suddetti pubblici officii.

3. Dopo ciò ben conosce l'Emza Vostra ( ovvero . . . ) esser cosa indispensabile, che le Autorità ecclesiastiche eziandio, alle quali si appartiene l'esercizio della suddetta giurisdizione volontaria, siano tutte munite della Laurea, nè possano esser tacciate di mancanza della medesima in confronto delle laiche Autorità; e perciò prego Vostra Emza ( ovve-

Digitized by Google

*anno 1836 omnes sint Laurea condecoratae.*

4. *Hac oblata occasione haud praetereundum censeo, reprobatione dignam esse quorumdam Ecclesiasticorum agendi rationem, qui muneribus honestati ac dignitatibus, quibus onus inest suscipiendae Laureae, hanc semper consequi differunt, et modo unam modo aliam excusationem adducentes, nempe vel defectum pecuniae pro expensis ante examen deponendae, vel impotentiam deserendi propria munia, singulis annis prorogationes decerpere student, quin pro viribus curent praedictae obligationi satisfacere, imo ne animum quidem ostendant proclivem ad id faciendum, sperantes potius ulteriorum prorogationum concessionem.*

5. *Ut hic removeatur abusus, oportet, ut Eminentia Tua significet, Summi Pon-*

ro . . . ) a far sì, che pel vegnente anno 1836 siano insignite della Laurea dottorale.

4. In questa circostanza non debbo tacerle lo sconvenevole modo, che tengono molti Ecclesiastici, i quali essendo stati onorati di officii e dignità, cui è imposta l'obbligazione della Laurea, differiscono sempre di conseguirla, e adducendo or l'una or l'altra scusa, quando della mancanza dei mezzi onde supplire alle spese necessarie, quando del non potersi allontanare dai loro officii, vengono carpendo di anno in anno delle proroghe, senza che procurino efficacemente di adempiere all' obbligazione suddetta, anzi neppure abbiano l'animo rivolto a farlo, mostrando piuttosto di confidare nella concessione di proroghe ulteriori.

5. A togliere siffatto abuso è necessario che l'Emza Vostra comunichi loro la Sovrana

Digitized by Google

*lificis voluntatem esse, ne amplius prorogationes hujusmodi concedantur; quae damno potius ac dedecore Ecclesiasticam dignitatem afficiunt, eisque praecipiat, ut doctoralem quamprimum Lauream assequantur. Ut vero ejusmodi abusus praevertatur, proderit quammaxime si Eminentia Tua ita se gerat, ut omnibus illis, qui officia et dignitates quas Laureae doctoralis secumferentes cupiunt, persuasum penitus sit, se nihil unquam habituros honoris ac dignitatis, nisi constet de studiorum cursu ad formam vigentium ordinationum ab ipsis recte peracto, simulque de progressu in iisdem facto, adeo ut sint jam Laurea donati, vel huic obligationi cito queant satisfacere.*

volontà di non concedere più simili grazie, che ridondano in fine a danno dell'ecclesiastico decoro, e ai medesimi ingiunga di laurearsi quanto prima. A prevenirlo poi gioverà assaissimo, che Vostra Emza faccia in modo, che tutti coloro, i quali sono in istato di ottare alle dignità ed officii, che richieggono la Laurea, siano fermamente persuasi, che nulla otterranno giammai, se non costerà, che abbiano ben fatto il corso dei loro studj a seconda dei vigenti regolamenti, e ne abbiano ritratto profitto; talchè o siano già laureati, o possano sollecitamente adempiere a questa obbligazione.

6. *Quod vero pertinet ad sumptus pro Laurea in aliqua Pontificiae Ditionis Universitate, seu primaria sit, seu secundaria, perferendos, pru-*

6. Circa le spese da sostenere per conseguire la Laurea in qualche Università dello Stato o primaria o secondaria, rimetto alla prudenza ed

*dentis erit arbitrii Eminentiae Tuae illis stimulis eos concitare, quibus pro rerum varietate opus esse judicabit, idque, si fieri poterit, ante quam optata dignitas eis conferatur. Sin autem paupertas cum pietate et doctrina conjungatur, Eminentiam Tuam obsecro, ut rogantium preces sapientibus notis distinguat, eritque, hujus Sacrae Congregationis eisdem consulere, prout dignos putaverit.*

*Hac arrepta occasione id honoris mihi tribuo, quod rursus datum sit profundi obsequii significationem pandere, dum manus humillime deosculor.*

a-bitrio dell' Emza Vostra lo adoperare verso di loro quegli stimoli, che giudicherà convenienti secóndo la varietà delle circostanze, e ciò prima che siagli conferita la bramata dignità, se sarà possibile. Nei casi però di povertà congiunta a probità e dottrina, prego Vostra Emza a munire delle sue saggie osservazioni le istanze, affinchè questo Sagro Consesso possa usar verso di loro tutti quei riguardi, dei quali saranno giudicati meritevoli.

Ho l'onore di rinnovarle in questa occasione i sentimenti del profondo ossequio, con cui le bacio umilissimamente le mani.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 20 Julii 1835.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆF.

*L. Altieri a Secretis*

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## AD PRÆSIDES PROVINCIARUM

NE TEMERE

## REMOVEANTUR MAGISTRI

DIEI XII. DECEMBRIS MDCCCXXXV.

1. *Cum Sacra Congregatio Studiorum art. XIV §. V Decreti editi die 2 Septembris anni 1833 constituit, prout sequitur = Magistri Scholarum publicarum extra Universitates non confirmentur inconsulta S. Congregatione = ea fuit illius mens, ut id fieret, postquam Magistri suffragiorum Consilii publici periculo subjecti fuissent.*

2. *Etsi quamplurimae Communitates hujusmodi decretum recte interpretatae sint, illudque rite diligenterque ser-*

1. Quando la S. Congregazione degli Studj stabili nell' art. 14 §. V. del Decreto dei 2 Settembre 1833 che = i Maestri Comunali non saranno confermati senza intelligenza della S. Congregazione = volle intendere dopo che i medesimi fossero stati sottoposti alla ballottazione consigliare.

2. Sebbene da moltissime Comuni siasi interpretato giustamente il senso di siffatta disposizione, eseguendola con

*vaverint, censendum tamen est, aliis Communitatibus haud vim illius plane innotuisse, quum adhuc desiderentur acta Consiliaria ad biennalem Ludimagistrorum confirmationem pertinentia, quae superioribus quidem annis latis suffragiis edi oportebat.*

3. *Quare ut omnis in posterum eo super articulo ad amussim observando erroris occasio arceatur, et Sacra Studiorum Congregatio, uti par est, numerum, vitaeque rationem Magistrorum extra Universitates munus exercentium apprime dignoscat, auctoritatem A. T. ( vel . . . ) adhibendam mihi est, ut Communitatum Magistratus, qui tuae jurisdictioni subsunt, tempore ab hodiernis legibus praefinito, nempe mense Augusto cujusque biennii, ea omnino praestent officia, quibus hactenus defuerunt.*

tutta la regolarità ed esattezza; nulla di meno fa d'uopo supporre che da molte altre non siasi inteso, mentre si attendono ancora da loro parte le risoluzioni consigliari relative alla biennale conferma dei pubblici Maestri di scuola, che pure avrebbero dovuto aver luogo negli anni scorsi.

3. Affine pertanto di rimuovere ogni ulteriore equivoco sulla osservanza del citato articolo, e fornire nel tempo stesso la S. Congregazione della cognizione oltremodo necessaria dello stato personale dei Maestri attualmente esercenti, mi conviene interporre l'autorevole efficacia di V. S. ( o di V. E. ), affinchè le Magistrature delle Comuni alla sua giurisdizione soggette, le quali fin qui trascurarono l'adempimento dell' indicato dovere, nel tempo prescritto dalle veglianti Leggi, nel mese, cioè, di Agosto di ciascun biennio,

Digitized by Google

si prestino a soddisfarlo perentoriamente.

4. *Advocanda itaque erunt Consilia publica hoc vertente mense, ut de biennali Magistrorum cujusvis scholasticae facultatis confirmatione deliberetur, quorum exercitium jam ultra biennium productum est, quin suffragiorum periculo subjecti fuerint, acta deinceps Consilii publici ( postquam pro recta ratione ac norma ab ista Legatione vel Delegatione probata fuerint ) per Ordinarium loci, aut per A. T. ad S. Congregationem Studiorum mittenda erunt, ut decretoria ejusdem S. Congregationis adprobatio provocetur, quae, ubi Ordinario Loci rite constiterit, Communitatum Magistratui datis ab eo litteris significabitur.*

4. Dovranno pertanto intimarsi i Consiglj nel corso del corrente mese ad effetto di deliberare la biennale conferma degli attuali pubblici Maestri di qualsivoglia facoltà scolastica, l'esercizio dei quali oltrepassò il biennio, senz'aver subito la ballottazione sopraindicata, e trasmetterne quindi le relative risoluzioni ( dopo che saranno state approvate per la legalità delle forme da cotesta Legazione o Delegazione ) pel mezzo sia del rispettivo Ordinario, sia per quello di V. S... onde ottenere le definitive determinazioni della medesima che saranno comunicate direttamente all' Ordinario, e da esso rese note alle Autorità locali.

5. *Praeceptore per suffragia remoto, integrum erit Magistratui Concursum solitis praescriptionibus indicere, ut alius idoneus vir deligatur,*

5. Verificandosi però l'esclusiva di un Maestro, la pubblica rappresentanza sarà libera di aprire il Concorso nelle solite forme per surrogargli al-

*dummodo Episcopi assensus accedat, et jam exacti sint decem dies, quos Constitutio* = Quod Divina Sapientia = *rejectis Magistris concedit, ut ad S. Congregationem appellare valeant; quo in casu haud fas erit novum indici concursum, donec eadem S. Congregatio sententiam suam aperuerit.*

6. *Quo in loco opportuna mihi sese offert occasio, ut ipsius Sacri Ordinis nomine auctoritatem, qua A. T. ( vel . . . . . ) maxime pollet in subjectos Magistratus, simulque assiduas curas, quas merito confert ad concrediti populi utilitatem quoquo meliori modo augendam, omni ope exacuam, ut publica Consilia, et Magistratus de gravissimo, quod saepius patria liberique capiunt, detrimento etiam atque etiam commoneantur, dum temere abutuntur arbitrio sibi a publicis legibus*

tro idoneo soggetto, purchè ne ottenga il consenso dall' Ordinario, e siano decorsi i dieci giorni, quali la Costituzione = *Quod Divina Sapientia* = accorda agli esclusi per interporre l'appello a questa S. Congregazione; nel qual caso non potrà intimarsi il concorso, fino a tanto che non siasi emanata la decisione della medesima.

6. In questa occasione mi cade in acconcio d' interessare in nome dello stesso S. Consesso con vive istanze la efficace influenza che possiede V. S. ( ovvero . . . ) sulle pubbliche rappresentanze dalla di Lei autorità dipendenti, non che la zelante sollecitudine, da cui Ella è meritamente animata a procurare con ogni migliore maniera il vantaggio delle popolazioni che Le sono confidate, sulla necessità di avvertire seriamente i Consigli Comunali del gravissimo danno che pur troppo spesso cagionano

Digitized by Google

*impertito, expellendo aptos probatosque praeceptores, et committendo sese periculo eligendi viros ignotos, parum idoneos, vel aliqua suspicione affectos, nulla alia ratione hac in re ducti, nisi exitiali partium studio, ut saepe accidit, vel imprudenti consilio stipis plus aequo minuendae.*

alle proprie patrie, e famiglie, abusandosi fatalmente della libertà loro concessa dalle veglianti leggi col privarsi di buoni e lodati precettori per esporsi a certo risico di salariarne d'ignoti, poco sicuri o sospetti non da altra ragione in ciò fare guidati che o dallo spirito di parte, sempre nocivo, come spessissimo avviene, o dal mal inteso consiglio di riprovevole risparmio di vilissimo stipendio.

7. *Quam ob rem Magistratus et Consiliarii illud sibi persuadeant oportet, quod ubi de iis agatur juvenum Praeceptoribus, quorum scientia, ac probitas huic periculoso muneri sustinendo par inventa fuerit, praesertim si sacerdotali charactere sint insigniti, vel Clericorum albo saltem adsciti, ex futilibus vituperandisque causis ad eosdem removendos adduci profecto non debent, quum e contrario publica utilitas postulet,*

7. Fa di mestieri perciò rendere persuase le Magistrature, ed i pubblici Consigli che ove trattisi di precettori della gioventù già ben noti, e sperimentati per abili, e sicuri a sostenere sì geloso, e delicato officio, massime se Sacerdoti, o addetti al ceto Ecclesiastico, anzichè escluderli per frivoli, e biasimevoli motivi, debbonsi conservare a comune utilità, usando condiscendente indulgenza a difetti ch' essi avessero, piuttosto che

Digitized by Google

*ut suo in munere confirmentur, quandoquidem sit ipsis, si quid minus diligenter egerint, potius indulgendum, quam illos officio privare, ne in Praeceptores incidant admodum juvenes, laicos, ac interdum negligentiores, et fortasse integritate morum destitutos, qui propterea malo exemplo esse solent discipulis, quos scientiam quidem, sed multo magis bonitatem et disciplinam doceant oportet. Caeterum S. Congregatio Studiorum satius ducit, nunc publicos Communitatum Magistratus praemonere, se numquam confirmaturam alicujus publici Consilii acta, cum Consiliarios arbitrio sibi ex legibus concesso temere abusos fuisse dignoverit; atque insuper curaturam, ut ordinationibus, quas pro peculiari locorum ratione edendas judicaverit, meliori puriorique doctrinae adolescentibus tradendae, non minus quam*

allontanarli per riporre incerta fiducia sopra di Giovani secolari, e talvolta poco osservatori, anzi in nulla esemplari di morigerata condotta di vita a proprj secolari, cui pure dovrebbero insegnare con maggiore impegno che non li precetti delle scienze. D'altronde giova prima rendere avvertite le pubbliche Rappresentanze delle Comuni che riconosciuto che sia dalla S. Congregazione sì deplorabile abuso, non potrà giammai sanzionarlo, ma ben piuttosto saprà ordinare quelle provvidenze che nella circostanza giudicherà più convenevoli a garantire la migliore istruzione della Gioventù non meno che la riputazione di coloro, cui degnamente n'è affidato l'incarico laborioso, e difficile.

Digitized by Google

*honori illorum, quibus impositum est onus hujusmodi plenum difficultatis, ac laboris, efficaciter consulatur.*

*Haec Amplitudini Tuae erant significanda, cui singularis existimationis testimonium confirmo.*

Tanto mi occorreva significare alla S. V. Illma, e con sensi di distinta stima mi raffermo.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 12 Decembris 1835.

L. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆFECT.

*L. Altieri a Secretis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## AD RMOS CANCELLARIOS

## UNIVERSITATUM

SUPER

## FORMULA MATRICULÆ INFERIORIS PHARMACIÆ

DIEI XXVII. FEBRUARII MDCCCXXXVI.

1. *Haud pauca nec levia occurrunt mala invecta a verborum discrimine, quibus minus proprie utitur quaedam ex secundariis Universitatibus in liberi exercitii Matriculis, quas inferioris Pharmaciae cultoribus tribuunt, exarandis; nam saepenumero ita accipi queunt, ut facultas etiam pro superiori Pharmacia exercenda, quod primariis tantum Universitatibus reservatum est, tributa censeatur.*

1. Non pochi, nè lievi appariscono gl' inconvenienti cagionati dalla difformità dei termini introdotti abusivamente da taluna delle Università secondarie nel tenore delle Matricole da esse rilasciate agli esercenti la bassa Farmacia, potendosi spesse volte interpretare quasi facoltative eziandio pel libero esercizio dell' alta, quale non deve concedersi che dalle due primarie Università,

2. *Ut haec removeantur incommoda, Sacra Congregatio Studiorum par omnibus Universitatibus exemplum praescribendum duxit, quod intus inclusum ad Dominationem Tuam mittitur, ut in ista, quae Tuae auctoritati subjecta est, eodem utaris exemplo pro inferioris Pharmaciae Matriculis, quae in posterum dandae erunt Alumnis, liberum hujusce artis salutaris exercitium petentibus.*

*Tibi interim consuetos meae praeclarae existimationis sensus pandere valde gaudeo*

2. Ad impedire che si rinnovino gl' indicati disordini la S. Congregazione degli Studj ha riputato espediente il prescrivere a tutte le Università una identica modula, che quì unita si rimette a V. S. Illma e Rma, onde anche in codesta alla sua autorità subordinata siano redatte in esatta conformità della medesima le Matricole di bassa Farmacia che saranno per l'avvenire accordate agli aspiranti al libero esercizio di tale arte salutare.

Intanto con sensi di distinta stima mi dichiaro

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Studiorum dia 27 Februarii 1836.

ALOISIUS CARD. LAMBRUSCHINI PRÆF.

*Ludovicus Altieri a Secretis.*

Digitized by Google

# EXEMPLAR

## MATRICULÆ INFERIORIS PHARMACIÆ

Noi . . . . . ( i titoli dell' Arcicancelliere o Cancelliere della . . . . . rispettiva Università ) Avendo il Sig. . . . . di patria . . . . . di anni . . secondo che la Costituzione Apostolica sul retto metodo degli Studj, la quale comincia = *Quod Divina Sapientia* = promulgata dalla S. M. di Leone PP. XII., e le posteriori Ordinazioni della S. Congregazione degli Studj fin qui pubblicate prescrivono a coloro che vogliono ottenere la Matricola in bassa Farmacia, appresa la lingua latina in modo da intender bene le ricette dei Medici scritte in tale linguaggio, e per sufficiente spazio di tempo frequentata una approvata Farmacia per istruirsi nel conoscere la natura, e qualità dei medicamenti, ed avendo della sua perizia nell' una e nell' altra cosa dato saggio approvato da Noi, dal Rettore deputato, e dal Collegio Medico Chirurgico della Università . . . . . Noi informati altresì della sua irreprensibile condotta religiosa, morale, e politica, concediamo, e dichiariamo che il sopranominato Sig. . . . . possa a buon diritto *comporre siroppi, decotti, vesciganti, e senapismi, distillare erbe, e fiori, il cui succo non possa recare nocumento, tenere esposti in vendita, e vendere quei medicamenti che saranno stati composti secondo i precetti dell' arte da Farma-*

*cisti già approvati, vietandogli però rigorosamente di comporre esso stesso altri medicamenti* di qualunque genere diversi *da quelli annoverati di sopra.*

Gli sia quindi lecito di godere delle facoltà, e privilegj conceduti dalle leggi a tutti quelli che hanno ottenuto simile Matricola in bassa Farmacia. E perchè importa molto che sia a tutti manifesta la facoltà da lui ottenuta, gli consegniamo questa lettera testimoniale sottoscritta da Noi, e dal Rettore Deputato, e dal Presidente del Collegio Medico-Chirurgico di questa Università, e fornita del nostro maggior sigillo.

Dalla Sala della Università questo dì . . del mese di . . . . . e dell' anno . . . . . .

IL CANCELLIERE
IL RETTORE
IL PRESID. DEL COLL. MED. CHIR.

( L. S. )

*Il Segretario*

Digitized by Google

# DECRETUM

## S. CONGREGATIONIS STUDIORUM

### IN EVULGANDIS OPERIBUS SERVANDUM

DIEI XI. MAII MDCCCXXXVI.

*Cum SSmus Dominus Noster Gregorius PP. XVI. S. Congregationi Studiis regundis institutae munus demandaverit certam, generalem, atque uniformem methodum praescribendi, quae in operum deinceps evulgandorum examine, et adprobatione sequenda sit, eadem S. Congregatio facultatibus utens sibi factis; has leges in Pontificia Ditione servari jubet, quoties scriptum aliquod typis edi contigerit.*

1. *Usitatam adprobationis formulam* Imprimatur *prior*

Avendo la Santità di Nostro Signore Gregorio XVI. dato alla S. Congregazione degli Studj l'incarico di prescrivere un determinato, generale, ed uniforme regolamento da osservarsi nella revisione; ed approvazione delle opere, che d'ora innanzi si stamperanno, la medesima S. Congregazione usando delle facoltà concedutele ordina, che nello Stato Pontificio, quante volte accada di dar fuori uno scritto colle stampe, si osservino le seguenti prescrizioni.

1. L'Inquisitore del S. Offizio, o il suo Vicario per il

Digitized by Google

*quibuslibet scriptis apponat Inquisitor Sancti Officii, aut illius Vicarius, deinde loci Ordinarius; dummodo nihil sese offerat, quod illis probatu indignum videatur.*

2. *Erit illorum, quibus examen operum ab Inquisitoribus, vel ab Ordinariis commissum est, scripto docere, num ipsa argumenti, de quo pertractatur, natura, aut insertae quaestiones, vel aliquid minus caute prolatum dolendi causam exteris Guberniis afferre possit, aut controversias ciere, quae periculo non careant. Haec opera typis non amandentur, nisi prius Secretariae Status exquisita sententia, vel eorum Magistratuum, qui ab eadem ad id expresse fuerint designati. Hi omnes, habita ratione ad statum, in quo vulgandi operis examen versatur, datam illius edendi facultatem in Inquisitoris, vel Ordinarii notitiam, non quidem per adprobationis*

primo, e dipoi l'Ordinario del luogo apponga ad ogni scritto l'usitata formola di approvazione *Imprimatur*, salvo che non si presenti cosa per loro avviso indegna di approvazione.

2. Quelli, che per commissione degl' Inquisitori, o degli Ordinarii riveggono le opere, dovranno per iscritto esternare il loro voto, se la stessa natura dell' argomento di che si tratta, o le quistioni inseritevi, o qualsiasi altra cosa espressa meno cautamente possa dar cagione di doglianza agli Esteri Governi, o destare pericolose controversie. Queste opere non potranno essere date alle stampe, se prima non sia consultata la Segreteria di Stato, o quei Magistrati che a ciò dalla medesima saranno espressamente incaricati. Tutti questi, avuto riguardo alla qualità dell' opera da esaminarsi, notificheranno all' Inquisitore, o all' Ordinario, non già mediante la formola di approva-

Digitized by Google

*formulam ipsi operi inscriptam, sed per epistolam perferent.*

3. *Sub operum nomine non tantum libri, sed publicae quoque inscriptiones, et cujuscumque rei formae, figurae, atque imagines veniunt, sive aere, sive marmore expressae, nisi forte ad ornatum tantummodo inserviant, nec ad illicitum quidpiam referri posse videantur.*

4. *Ubi opera duplex* Imprimatur *obtinuerint, penes Inquisitorem, vel ejus Vicarium erunt, donec Typographus, quem auctor delegerit, illa sibi reddi postulaverit. Tum ipsi tradantur, ea tamen lege, ut, sin minus operis editio secutura sit, ad Inquisitorem, et Ordinarium, vel quoscumque alios eorumdem personam gerentes manuscriptum remittat, nec prius Typographo, aut Auctori restituatur, quam cum, deletis adprobationum formulis, cui-*

zione apposta all' opera medesima, ma per via di lettera, il permesso che possa stamparsi.

3. Sotto nome di opere vengono compresi non solamente i libri, ma ancora le pubbliche iscrizioni, e l'effigie di qualsiasi cosa, figure, o immagini scolpite in metallo, o in marmo, se pure non siano che di solo ornamento, e non alludano ad alcuna cosa illecita

4. Quando le opere avranno ottenuto il doppio *Imprimatur*, si serberanno presso l' Inquisitore, o il suo Vicario, finchè il Tipografo prescelto dall' Autore chiederà che gli siano restituite. In tal caso gli siano consegnate, coll' obbligo però, che se non ne seguirà la edizione, rimetta il manoscritto all' Inquisitore, o all' Ordinario, o a chiunque altro ne faccia le veci, nè il medesimo si restituisca al Tipografo, o all' Autore se non quando col cancellamento

*libet corruptelae, quae subinde intentari posset, aditus interclusus fuerit. In Typographum hujusce legis infractorem menstruae suspensionis poena animadvertatur.*

5. *Ut certo innotescat, utrum exemplaria typis impressa manuscripto adprobato apprime respondeant, unicuique Typographo injungitur ipsummet manuscriptum una cum exemplari recens edito ad Inquisitorem, et Ordinarium referre, ut deinceps necessariam publicationis veniam obtineat.*

6. *Quaecumque pro Typographis saucita sunt, eadem ad Incisores, Lithographos, et quoscumque alios graphici, aut figurati operis auctores extendi debent, quibus adcensendi non sunt simplicis ornatus opifices, in quem nulla illicitae allusionis suspicio cadat.*

della formola di approvazione sia preclusa la via a qualsiasi frode che in appresso si potesse commettere. Il Tipografo che mancherà contro questa legge, sia punito d'un mese di sospensione.

5. Per conoscere con certezza se la stampa sia del tutto conforme al manoscritto approvato, si prescrive a qualunque Tipografo di riportare all' Inquisitore, ed all' Ordinario il manoscritto medesimo insieme coll' esemplare recentemente stampato, onde averne dopo ciò la necessaria facoltà di pubblicarlo.

6. Quanto è decretato per i Tipografi, si deve estendere agl' Incisori, ai Litografi, ed a tutti gli altri autori di qualsiasi opera o delineata, o figurata, fra i quali non si debbono annoverare quelli di semplice ornato, nel quale non cada sospetto d' illecita allusione.

Digitized by Google

7. *Si quod opus recensitis superius conditionibus destitutum publicī juris fiat, fisco adjudicetur.*

8. *Ubicumque vero Rmus Pater Sacri Palatii Apostolici Magister auctoritatem suam exercet, Edictum Emi Cardinalis in Urbe Vicarii sub die* 18 *Augusti* 1825 (a) *suo in robore persistet.*

. *Hoc Decretum SSmus Dnus Noster Gregorius XVI. P. M. ratum habuit, et auctoritate sua confirmavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.*

7. Se alcuna opera mancante delle sopra espresse condizioni si farà pubblica, si applichi al Fisco.

8. In qualunque siasi luogo, ove il Rmo P. Maestro del S. Palazzo Apostolico esercita la sua autorità, rimarrà nel suo vigore l'Editto dell' Emo Sig. Cardinale Vicario di Roma del 18 Agosto 1825 (*a*).

La Santità di Nostro Signore Gregorio XVI. approvò, e confermò colla sua autorità il presente Decreto. Non ostante qualunque cosa in contrario.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum die 11 Maji anni 1836.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆF.

*L. Altieri a Secretis.*

---

(a) V. Tom. II. Append. II.

(a) *V. Tom. II. Append. II.*

Digitized by Google

# ORDINATIONES

## S. CONGREGATIONIS STUDIORUM

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

## GREGORIO PP. XVI.

PROBATÆ ET CONFIRMATÆ

SUPER

### OFFICIO PUBLICI RATIOCINATORIS

DIEI VI. JULII MDCCCXXXVI.

*Ne publica ac privata jura deinceps in discrimen nonnullorum culpa adducantur, qui publici Ratiocinatoris munia idoneis destituti notitiis hactenus exercuerunt, Sanctissimus D. N. Gregorius PP. XVI., auditis Eminentissimis Sacrae Studiorum Congregationis Patribus, neminem vult in posterum hano*

Affinchè di quì innanzi non abbiano ad essere pregiudicati i diritti del pubblico, e dei privati per colpa di alcuni, i quali sforniti d'idonee cognizioni hanno fino ad ora esercitato le incombenze di pubblico Ragioniere, la Santità di Nostro Signore Papa Gregorio XVI., intesi gli Eminentissimi Cardinali componenti la

*artem publice profiteri, nisi qui specimen sui dederit, ac singulis hisce Ordinationibus vim legis habituris antea paruerit.*

Sagra Congregazione degli Studj, comanda, che niuno in avvenire eserciti pubblicamente tale professione, se pria non abbia dato saggio di se stesso, e siasi uniformato a tutte le presenti disposizioni, che avranno forza di Legge.

## *CAPUT I.*

Quae experimenta praemitti debeant.

### §. 1.

*Priusquam exercendis publici Ratiocinatoris officiis se, periculo facto, idoneum quisque probet, apud Ratiocinatorem adprobatum, vel publica opinione conspicuum in addiscenda praxi integrum triennium insumet.*

### §. 2.

*Quem sibi Ratiocinatorem delegerit principum Romanae*

## CAPO I.

*Ciò che dee premettersi agli esami.*

### §. 1.

Innanzi di subire l'esame d'idoneità alla professione di pubblico Ragioniere, dovrà ciascun aspirante aver fatto la pratica per l'intero spazio di anni tre presso un approvato o accreditato Ragioniere.

### §. 2.

Il Candidato dichiarerà presso gli Arcicancellieri delle

Digitized by Google

*ac Bononiensis Universitatum Archicancellariis, vel minorum Universitatum Cancellariis Candidatus renuntiabit, nec, eisdem Auctoritatibus inconsultis, alterum Ratiocinatorem priori sufficiet.*

primarie Università di Roma, e di Bologna, o presso i Cancellieri delle altre Università secondarie il Ragioniere da lui prescelto, nè gli sarà permesso di sostituirne un altro senz' averlo partecipato alle dette autorità.

§. 3.

*Praxim Candidatus aggressurus, opportunis documentis ostendet, se*

1.° *Humaniorum litterarum curriculum,*

2.° *Theorica Arithmeticae universae studia penitus explevisse.*

§. 3.

Allorchè l'Aspirante sarà per intraprendere la pratica, dovrà provare con documenti opportuni:

1.° Di aver fatto il corso delle umane lettere,

2.° Di aver compito lo studio dell' Aritmetica teorica in tutta la sua estensione.

§. 4.

*Quilibet ex tribus annis veluti infectus habeatur, quo exeunte, de morata Candidati vita, ac progressu scripto Ratiocinatoris testimonio non constet.*

§. 4.

Non si valuterà come fatto quello fra i tre anni, al cui termine non si produca dal Candidato l'attestato del Ragioniere comprovante la sua buona condotta, e profitto.

Digitized by Google

§. 5.

*Ubi Candidatus praxis studium absolverit, ab Archicancellariis, vel Cancellariis ad specimen subeundum admitti supplici libello petet, insertis inibi documentis probantibus*

1.° *Quod Candidatus triennii spatium in addiscenda praxi insumpserit,*

2.° *Quod majorem aetatem attigerit,*

3.° *Quod Religione, bonisque moribus sit instructus.*

§. 5.

L'Aspirante allorchè avrà compito la pratica, presenterà agli Arcicancellieri, o Cancellieri delle Università l'analoga supplica per essere ammesso agli esami, purchè costi dagl' inserti documenti:

1.° Che l'Aspirante suddetto abbia appreso per tre anni la pratica,

2.° Che sia giunto all' età maggiore,

3.° Che sia fornito di Religione, e di buoni costumi.

§. 6.

*Hisce documentis sedulo perpensis, dictae Auctoritates rescriptum admissionis ad examen edent, certum eidem faciundo diem indicent, ac Delegatum designabunt, qui Commissioni ad tramites sequentium ordinationum (Cap. II.) instituendae praeerit.*

§. 6.

Diligentemente osservati tali documenti, le predette Autorità emaneranno il rescritto di ammissione agli esami, stabiliranno il giorno, in cui dovranno tenersi, e sceglieranno un Delegato, il quale presiederà alla Commissione da istituirsi a norma di quanto si prescrive nel Capo II.

Digitized by Google

§. 7.

*Quibus Archicancellariis, aut Cancellariis triennalem praxim, vel majorem ipsius partem expletam a se fuisse opportunis documentis Candidatus ostenderit, iisdem supplicem libellum ad examen subeundum sistet.*

§. 7.

La petizione per subire l'esame dovrà esser diretta dal Candidato a quegli Arcicancellieri, o Cancellieri, ai quali avrà comprovata l'intera pratica triennale.

§. 8.

*Ubi officii Secretarius rescriptum admissionis Candidato relinquet, hic scut. 8 et 50 obolor. summam penes illum deponet, in hos usus insumendum:*

1.° *Singulis tribus Examinatoribus dentur scutor.* 2 . . . . . sc. 6 —

2.° *Secretario* sc. 1 50

3.° *Inservientibus* . . . . . sc. 1 —

§. 8.

Nel l'atto in cui il Segretario dell'officio consegnerà al Candidato il rescritto di ammissione agli esami, questi dovrà depositare presso il suddetto Segretario la somma di scudi 8 e baj. 50 da distribuirsi come siegue

1.° Per li tre Esaminatori a scudi 2 per ciascuno . . . . . sc. 6 —

2.° Pel Segretario . . . . . sc. 1 50

3.° Per gl'Inservienti . . . . . sc. 1 —

*Exercitii diploma Candidatus accipiens duo scuta persolvet.*

*Quod si quisquam ita rei familiaris angustiis prematur, ut his expensis sustinendis sit impar, exhibito Archicancellariis vel Cancellariis paupertatis documento, poterit, iisdem annuentibus, ab hoc onere eximi.*

Ricevendo quindi il Candidato il diploma di libero esercizio sborserà sc. 2.

Che se taluno sia privo di beni di fortuna in guisa da non poter sostenere tali spese, potrà esserne assoluto dagli Arcicancellieri, o Cancellieri in forza di analogo documento di povertà.

## *CAPUT II.*

### De Commissione periculis faciundis.

### §. 9.

*Periclitandae Candidatorum scientiae Commissio erit a praedictis Auctoritatibus eligenda, quae constabit 1.° Ex Delegato, qui Commissionis conventus, et operationum ordinem moderabitur; is suffragiorum veritatem inquiret, si quid inordinate admissum fuerit, emendabit, et Commis-*

## CAPO II.

### *Della Commissione per gli esami.*

### §. 9.

Per l'esame dei Candidati sarà stabilita una Commissione da nominarsi dalle dette Autorità, la quale dovrà comporsi 1.° Da un Delegato, che dirigerà le riunioni della Commissione, e l'ordine delle operazioni, verificherà i voti degli Esaminatori, correggerà quelle irregolarità, che fossero potute

Digitized by Google

*sionis operationes Auctoritatibus, a quibus adlectus est, accuratissime referet. 2.° Ex Secretario, ut prius eligendo, qui Commissionis conventibus intererit, et actorum seriem conficiet. 3.° Ex tribus Examinatoribus sorte ductis (§ 12.), quorum tantum erit de comperta sibi Candidati scientia judicium ferre.*

avvenire, e farà alle Autorità, da cui è nominato, una esatta relazione delle operazioni della Commissione. 2.° Da un Segretario da nominarsi come sopra, il quale assisterà alle riunioni della Commissione, e ne redigerà gli atti. 3. Da tre Esaminatori da scegliersi a sorte (§. 12.), i quali soltanto daranno il voto sulla cognita idoneità del Candidato.

§. 10.

*Ubi convenire Commissio debeat, Archicancellarii, vel Cancellarii decernent.*

§. 10.

Gli Arcicancellieri, o Cancellieri destineranno il luogo per le riunioni della Commissione.

§. 11.

*Habitis experimentis, quorum caussa Commissio coacta est, eadem dissolvetur, et a quavis operatione desistet.*

§. 11.

Terminati gli esami, per cui si è riunita la Commissione, sarà questa discioltа, e cesserà da ogni operazione.

§. 12.

*Archicancellarii, vel Cancellarii Ratiociuatores in diversis urbibus, aut aliis Provinciarum Communitatibus degentes, scientiae, probitatis, atque experientiae laude omnium celebratissimos seligent, quorum nomina in urnam immissa, ex iis deindè tria sorte ducentur, quoties experimenta fieri contigerit. Si quis nimio erga Candidatum studio ferri, aut experimentis minime interesse posse videatur, ipsius nomen ab urna excludetur. Ipsa vero nominum in urnam immissio, triumque sortitio, ex quibus Commissio coalescet, inspectante Delegato, fiat. Quod si Examinatorum quisquam aliquo politico ordini, aut honestati morum adversa labe infictatur, Eminentissimi Legati, ac Provinciarum Praesules Sacrae Studiorum Congregationi rem nun-*

§. 12.

Gli Arcicancellieri, o Cancellieri sceglieranno fra i Ragionieri domiciliati nelle diverse Città, o altre Comuni della Provincia, quelli, che godono una generale riputazione per abilità, probità, ed esperienza, i nomi dei quali nella circostanza degli esami saranno posti in un'urna per esserne estratti tre. Non sarà posto nell'urna il nome di taluno, che si credesse soverchiamente prevenuto riguardo al Candidato, o fosse impedito ad assistere agli esami. La stessa immissione dei nomi nell'urna e la estrazione dei tre, che dovranno costituire la Commissione, sarà fatta alla presenza del Delegato. Conoscendosi dagli Eminentissimi Legati, o Presidi delle Provincie delle eccezioni politiche, o morali negli Esaminatori eletti, ne daranno parte alla S. Congregazione degli

Digitized by Google

*tiabunt, ut opportuna suppeditare remedia possit.*

## *CAPUT III.*

De methodo in experimentis habenda.

§. 13.

*In experimentis quaestiones proponentur*

1.° *Super Arithmeticae problematibus, ejusque applicatione,*

2.° *Super duplicatae scripturae methodis,*

3.° *Super conceptus et relationis argumentis.*

*Haec experimenta tribus continuis diebus conficientur,*

§. 14.

*Cardinalis Sacrae Studiorum Congregationi Praefectus certum quaestionum numerum, haud quindeno pro unaque speciminum specie minorem, re-*

Studj, affinchè possa prendere delle opportune provvidenze.

## CAPO III.

*Metodo per gli esami.*

§. 13.

Negli esperimenti si proporanno dei quesiti:

1.° Sopra problemi di Aritmetica e della sua applicazione,

2.° Sopra metodi di Scrittura doppia,

3.° Sopra temi di concetto, e di relazione.

Questi esami si compiranno in tre giorni consecutivi.

§. 14.

Il Cardinale Prefetto della S. Congregazione degli Studj farà redigere, e di tempo in tempo rinnovare un numero di quesiti non minore di quin-

*digi, atque interdum innovari curabit. Hae quaestiones alicujus ponderis sint, et aliquateuus pateant, diversaque professionis exercitia complectantur. Omnes Commissiones eisdem uti teneantur; quibus idcirco ab Archicaucellariis, vel Cancellariis secreto transmittentur.*

dici per ciascuna specie degli esami. Essi quesiti saranno di una certa importanza, ed estensione, ed abbraccieranno i diversi esercizj della professione. Di questi saranno astrette a servirsi tutte le Commissioni, e perciò si trasmetteranno loro riservatamente dagli Arcicancellieri, e Cancellieri.

§. 15.

*Singulae quaestiones inscriptis numeris invicem distinguantur, ac schedas ipsis respondentes tres urnae recipiant: indictis experimento diebus ternas pro qualibet specie Candidatus extrahet, earumque solutiones scripto exarabit, quas proprii nominis subscriptione munitas, obsignatasque Secretario tradet, ut postmodum, experimentis absolutis, a Commissione aperiantur. Quoadusque vero eadem habebuntur, Candidatus ab omni extraneo commercio*

§ 15.

Ciascun quesito sarà numerato, e le corrispondenti schede saranno poste in tre urne apposite; nei giorni destinati all'esame il Candidato n'estrarrà tre per ciascuna specie, e ne darà le soluzioni in iscritto, firmandole col proprio nome, e quindi sigillate le consegnerà al Segretario, per essere aperte dalla Commissione al termine degli esami; durante i quali è impedita qualunque comunicazione estranea col Candidato, e se fossero più d'uno, la soluzione dei

*sejungatur, sique plures numero sint, quaestionum solutionibus seorsum ab aliis, et coram Secretario quisque vacabit, ut omne inter Candidatos commercii periculum amoveatur.*

quesiti dovrà farsi isolatamente, e presente il suddetto Segretario, onde si rimuova ogni pericolo di comunicazione fra i Candidati.

§. 16.

*Experimentis ad exitum perductis, selecta Commissionis membra datas a Candidato solutiones ad trutinam revocabunt, ut inde pateat num ipse plenam rerum pertractatarum notitiam habuerit, claraeque ac distinctae relationi conficiendae par sit, nec ne, idque suffragiis expriment scripto exaratis, quibus judicii caussas subscriptionibus firmatas superaddent.*

§. 16.

Compiti gli esperimenti, i Membri della Commissione istituiranno l'esame sulle soluzioni date dal Candidato; onde conoscere il possesso della materia da lui trattata, e l'abilità di comporre una chiara e distinta relazione. Ciò si eseguirà con voto motivato, e munito delle opportune sottoscrizioni.

§. 17.

*Ubi Archicancellarii, vel Cancellarii Candidatum ipsum exercendae Ratiocinatoris pro-*

§. 17.

Tostochè gli Arcicancellieri, o Cancellieri avranno rilasciato all' Aspirante il docu-

*fessioni idoneum, relicto documento, declaraverint, illud in Provincias per locorum Praesules, in Urbem vero ad Secretariam internis Status negotiis expediendis institutam directe mittetur, ut liberi exercitii potestas* ( Exempl. lett. A ) *Candidato fiat, postquam ostenderit se legibus Status hac super re vel editis, vel forte edendis sedulo paruisse.*

mento d'idoneità alla professione di pubblico Ragioniere, sarà quello rimesso nelle Provincie per mezzo dei Presidi locali, ed in Roma direttamente alla Segreteria per gli affari di Stato interni, onde ne ottenga il Candidato la patente di esercizio ( *Modello lett. A* ), previa la prova di avere esattamente soddisfatto alle leggi dello Stato su tale oggetto promulgate, e da promulgarsi.

§. 18.

*Si Candidatus, periculo facto, indignus judicatus fuerit, cui publici Ratiocinatoris professionem exercendi facultas tradatur, sex elapsis mensibus, depositaque denuo pecunia* ( §. 8. ), *poterit ab Archicancellariis, vel Cancellariis supplici libello petere, ut ad alterum ac tertium examen admittatur, producto testimonio de praxi intra nuper*

§. 18.

Qualora il Candidato dopo l'esame fosse stato giudicato immeritevole di esercitare la professione di pubblico Ragioniere, potrà produrre l'istanza agli Arcicancellieri, o Cancellieri, ond' essere ammesso al secondo e terzo esame dopo sei mesi, esibendo un attestato comprovante la continuazione della pratica in detto tempo, e fatto nuovamente il

Digitized by Google

*praefinitum tempus non intermissa; iisque rursus infelici exitu absolutis, fas amplius Candidato non erit, quarto examini, nisi ex Principis indulgentia, se committere. Inter haec facultas eidem esto a Commissionis sententia ad Cardinalem Sacrae Studiorum Congregationi Praefectum provocandi. Is, omnibus cognitis, atque perspectis, peremptorio judicio rem definiet.*

deposito ( §. 8 ), compiuti i quali collo stesso infelice risultato, non sarà più permesso all' Aspirante di esporsi al quarto esame, se non gli venga ciò accordato dalla clemenza del Sovrano. Intanto sarà in potere del Candidato di appellare dal giudizio della Commissione al Cardinale Prefetto della S. Congregazione degli Studj. Il medesimo conosciuto e ponderato il tutto, deciderà inappellabilmente.

## *CAPUT IV.*

Munia, et Privilegia, quae Ratiocinatoribus approbatis competunt.

## CAPO IV.

*Doveri e Privilegj dei Ragionieri approvati.*

### §. 19.

*Romae in Secretaria internis Status negotiis expediendis instituta, atque in Provinciarum tabulariis Ratiocinatorum nomina scripta prostabunt, qui vel juxta metho-*

### §. 19.

Nella Segreteria per gli affari di Stato interni in Roma, e negli Officj delle Provincie saranno esposti i nomi dei Ragionieri approvati o abilitati ( *Modello lett. B* ) sia

*dos antehac in aliquibus Provinciis usitatas, vel ad harum ordinationum normam adprobationem aut habilitationem* ( Exemplar. litt. B. ) *consequuti sunt. Nemini fas erit publici Ratiocinatoris partes exercere, vel hoc se titulo in subscriptionibus insignire, nisi in ejusmodi album relatus fuerit. Scriptis insuper, computationibus, peritiis, quas confecerit, nulla in judiciis vis erit.*

secondo i metodi usitati per lo avanti in alcune Provincie, sia secondo il presente Regolamento. A chiunque non si trovi riportato su detto Elenco, sarà vietato di esercitare gli officj proprj di un pubblico Ragioniere, e di sottoscriversi come tale, ed inoltre le scritture, conti, e perizie da esso fatte non avranno forza in giudizio.

§. 20.

*Quilibet Ratiocinator aut adprobatione praeditus, aut habilis renuntiatus, in tota, qua late patet, Pontificia Ditione, quae sui muneris sunt, palam exercebit, suique nominis subscriptionibus hunc titulum addet, diploma indigitans, ex quo obtentae adprobationis, aut habilitationis veritas eruatur.*

§. 20.

Ogni Ragioniere approvato, o abilitato potrà esercitare gl' incarichi annessi alla sua professione in tutto lo Stato Pontificio, e nelle sottoscrizioni farà uso di un tal titolo, citando la patente, donde si ricavi l'approvazione, o l'abilitazione da esso ottenuta.

Digitized by Google

§. 21.

*Si certo innotescat Ratiocinatorum quemquam professionis ulterius exercendae incapacem forte evasisse, Eminentissimus a Secretis pro internis Status negotiis illum poterit ab suorum functionum exercitio ad tempus prohibere, vel etiam albo Ratiocinatorum eradere, qui se dolosum, ac sui muneris desertorem indubiis argumentis proderit: partibus vero interesse habentibus deinceps jura sua ad legis praescripta experiri permittitur.*

§. 21.

Nel caso si abbia certezza di sopravvenuta incapacità di un qualche Ragioniere all' ulteriore disimpegno della sua professione, l' Eminentissimo Segretario per gli affari di Stato interni potrà farlo sospendere dall' esercizio delle sue funzioni, e cancellare eziandio dall' elenco dei Ragionieri chiunque a chiare prove risulterà doloso, e mancante in officio; sarà poi salvo alle parti interessate lo sperimento delle loro ragioni in conformità delle veglianti leggi.

*CAPUT V.*

Ordinationes temporariae.

CAPO V.

*Misure transitorie.*

§. 22.

*Qui penes adprobatum, aut fumigeratum Ratiocinatorem, priusquam praesentes or-*

§. 22.

Chi avesse cominciato la pratica presso un Ragioniere accreditato, o approvato in-



Digitized by Google

*dinationes ederentur, praxim aggressus fuerit, anteactum tempus sibi suffragari postulabit; quod autem ad illud pertinet deinceps decurrendum, quoad usque triennium non expleverit, praescriptionibus, quae in art. 4 et 5 continentur, sese conformabit.*

nanzi la promulgazione del presente Regolamento, potrà far valere in suo vantaggio il tempo precorso; ma per quello, che resta ancora a decorrere, fino al compimento del triennio prescritto, dovrà uniformarsi alle disposizioni date coi §§. 4 e 5.

§ 23.

*Quibus in Provinciis antehac recepta consuetudo non fuit liberam publici Ratiocinatoris partes exsequendi potestatem post experimenta facere, adnexa eidem munia obire pergant, quotquot in Officiis aut in Dicasteriorum majoris momenti divisionibus primas agentes, quinque annorum spatium absque ullo intervallo, in Status, primi ordinis Communitatum, ac praecipuarum Institutionum servitium impenderint; modo tamen scriptum honestatis, at-*

§. 23.

In quelle Provincie, in cui non era invalsa per l'innanzi la consuetudine di concedere in seguito degli esami la libera facoltà di esercitare la professione di pubblico Ragioniere, potranno continuare ad esercitarne le incombenze tutti coloro, che nella qualità di Capo di Officio, o di Divisione dei più interessanti Dicasteri hanno servito per lo spazio non interrotto di cinque anni lo Stato, le Comuni di prima classe, e li più notabili Stabilimenti; purchè riportino

*que idoneae scientiae testimonium a Superioribus referant.*

dalla Superiorità un attestato comprovante la loro onestà ed abilità.

§. 24.

*Eadem venia datur iis, qui licet nuper memorata praerogativa careant, nihilominus per decennium apud Magnatitias, aut Commerciales domos scite quidem, atque honeste Ratiocinatoris muniis satisfecerint, quod ex competentium Auctoritatum fide constare debet.*

§. 24.

Lo stesso permesso si accorda a tutti coloro, i quali mancando del requisito teste contemplato, pur tuttavia hanno soddisfatto per lo spazio di un decennio con abilità, ed onoratezza agli obblighi di Ragioniere presso le Case Magnatizie, e Commerciali, il che dovrà risultare da un attestato delle competenti Autorità.

§. 25.

*Quae in duobus superioribus articulis sancita sunt, de illis quoque accipi debent, qui publici Ratiocinatoris professionem in Provinciis exercent, ubi licet adprobationis lex obtineat, eamdem nihilo-*

§. 25.

Le disposizioni delli due articoli precedenti deggiono applicarsi ancora a quegl' Individui, che esercitano la professione di Ragioniere in quelle Provincie, in cui evvi l'obbligo dell' approvazione, e che

*minus assequuti non fuerint, dummodo non interruptum decennale exercitium absolverint, adductisque testimoniis, sese morum honestate, atque idonea scientia praeditos probent, quemadmodum in superiori articulo provisum est.*

non l'avessero conseguita, purchè abbiano compito un esercizio non interrotto di dieci anni, e producano gli attestati di buoni costumi, e capacità nella professione, come si è disposto nel precedente articolo.

§. 26.

*Qui casibus in articulis 23. 24. et 25. praevisis obnoxii sunt, ut albo, de quo in art. 19 sermo habitus est, inscribi, ac Ratiocinatoris professionem publice exercere possint, intra sex mensium spatium ab ejusmodi Ordinationum promulgatione supplicem libellum, additis documentis eo loco designatis, Sacrae Studiorum Congregationi exhibeant necesse est.*

§. 26.

Gl' Individui, che si trovano nei casi contemplati negli articoli 23. 24. 25. per essere descritti nell' albo, di cui si fa menzione nell' art. 19, e per poter esercitare pubblicamente la professione di Ragioniere, dovranno presentare entro lo spazio di sei mesi dalla promulgazione del presente Regolamento analoga supplica alla S. Congregazione degli Studj coi documenti nel citato luogo descritti.

Digitized by Google

§. 27.

*Ipsa eadem S. Congregatio preces, documentaque expendet, opportunas sibi notitias comparabit, ac quoties nil postulationibus adversum exsurgat, exercendae ratiocinatoris professioni oratorem idoneum declarabit; quod Rescriptum Secretariae pro internis Status negotiis expediendis institutae exhibitum satis per se erit, ut liberi exercitii diploma* (Exempl. litt. B) *ab eadem Secretaria gratis oratori relinquatur.*

§. 27.

La stessa S. Congregazione esaminerà le suppliche, e i documenti esibiti, prenderà le opportune informazioni, e quante volte nulla emerga contro le petizioni, dichiarerà l'oratore idoneo alla professione di Ragioniere; il qual rescritto presentato alla Segreteria per gli affari di Stato interni sarà bastante perchè sia rilasciata gratis al suddetto oratore la patente (*Modello lett. B.*) di libero esercizio.

§ 28.

*His praescriptionibus haudquaquam subjacet, qui Ratiocinatoris officia privatim exsequitur, ita ut quibuswis proprietariis, Piisque Institutis facultas erit privata ratiocinatoris, licet non adprobati, opera uti, modo tamen ipsius*

§ 28.

Non sarà soggetto a queste leggi chiunque privatamente esercita la professione di Ragioniere; talchè sarà permesso a qualunque proprietario, o Pio Stabilimento di servirsi dell'opera privata di un Computista, anche non ap-

Digitized by Google

*operationes in publica judicia non producantur.*

provato, a condizione però, che le sue operazioni non si producano nei pubblici giudizj.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 6 Julii 1836.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆFECTUS.

*L. Altieri a Secretis.*

Digitized by Google

# A

## GOVERNO PONTIFICIO

### SEGRETERIA PER GLI AFFARI DI STATO INTERNI

*Patente di approvazione pel libero esercizio della Professione di pubblico Ragioniere.*

In seguito degli Esami praticati a forma del Regolamento del giorno 6 Luglio 1836, il Sig. . . . . è riconosciuto come pubblico Ragioniere approvato da questa Segreteria, e viene dichiarato, che come tale Egli è in diritto di partecipare di quei privilegj, che sono accordati dal citato Regolamento, al quale effetto si rilascia al medesimo Sig. . . . la presente Patente, e sarà riportato sull' Elenco dei Ragionieri approvati, ed abilitati al libero esercizio della Professione di pubblico Ragioniere in tutto lo Stato Pontificio.

Questo dì . . . . . .

Digitized by Google

# B

*Patente di abilitazione al libero esercizio della Professione di pubblico Ragioniere.*

## GOVERNO PONTIFICIO

In seguito della verificazione praticata da questa S. Congregazione degli Studj sulli documenti esibiti dal Sig. . . . . di . . . . . , ond'essere abilitato a forma del Regolamento dei 6 Luglio 1836 al libero esercizio della Professione di pubblico Ragioniere, siccome costa dal Rescritto dei . . . . . viene il medesimo riconosciuto come tale, e si dichiara, ch'egli è in diritto di partecipare di quei privilegj, che sono accordati dal citato Regolamento; al quale effetto si rilascia al medesimo Sig. . . . . la patente presente, e sarà riportato sull'Elenco de' Ragionieri abilitati al libero esercizio della Professione suddetta in tutto lo Stato Pontificio.

Questo dì . . . . . .

Digitized by Google

# C

*ELENCO dei Ragionieri approvati o abilitati al libero esercizio della Professione nella . . . . . .*

| NUMERO d'Ordine | COGNOMI E NOMI | DOMICILIO | DATA DELLE PATENTI | | OSSERVAZIONI |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | se di approvazione | se di abilitazione | |

Digitized by Google

# QUÆSTIO

PROPOSITA

## S. STUDIORUM CONGREGATIONI

SUPER

ARTICULO XXVIII ORDINATIONUM AB EA
DE PUBLICIS RATIOCINATORIBUS
EDITARUM

PRIDIE NONAS QUINTILES ANNI MDCCCXXXVI,
ET RESOLUTIO EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

A SANCTISSIMO D. N.

## GREGORIO XVI P. M.

**APPROBATA, ET CONFIRMATA**

*DUBIUM*

*An Ratiocinatorum, qui privatim id muneris exercent, de aere alieno testimonia possint in publicis judiciis ad il-*

DUBBIO

Se le fedi di debito, che si rilasciano dai Computisti esercenti privatamente la professione, abbiano forza in giudizio

*lud solvendum Debitores, uti prius, adigere?*

di costringere i Debitori al pagamento come per lo passato?

*R.* Affirmative.

R. *Affermativamente.*

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum die 22 Decembris 1836.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆFECTUS

*L. Simonetti a Secretis.*

Digitized by Google

# QUÆSTIONES

PROPOSITÆ

## S. STUDIORUM CONGREGATIONI

ET

## DECLARATIONES EJUSDEM

A SSMO DOMINO NOSTRO

## GREGORIO XVI. P. M.

### APPROBATAE ET CONFIRMATAE

IN CONGREGATIONE HABITA NONIS JUNII MDCCCXXXVII.

*QUÆSTIO I.*

*An discipuli, qui legitima gravique ex causa curriculo studiorum haud rite satisfecerint, academicis vero gradibus donati sint, et quintum expleverint annum lege praefinitum, jus Laureae sive*

DUBBIO I.

Se gli scolari, i quali per qualche grave e legittima causa hanno alterato il corso dei loro studj, ma che siano stati insigniti dei gradi accademici, ed abbiano compiuto il quinto anno prescritto dalla legge,

Digitized by Google

*ad honorem, sive ad praemium petendae omnino amittant?*

Declaratio = *Negative.*

perdano affatto il diritto di concorrere alle Lauree di onore, e di premio?

*Risoluzione* = Negativamente.

*QUÆSTIO II.*

*An et quomodo hujusmodi discipulorum rationi consulendum sit?*

Declaratio = *Affirmative statuta tertia Laurea ad honorem.*

DUBBIO II.

Se, ed in qual modo debba provvedersi alla condizione di tali studenti?

*Risoluzione* = Affermativamente stabilita una terza Laurea di onore.

Datum ex Sacra Congregatione Studiorum hac die 5 Junii 1837.

A. CARD. LAMBRUSCHINI PRÆF.

*L. Simonetti a Secretis*

Digitized by Google

# ENCYCLICA

## S. CONGREGATIONIS STUDIORUM

SUPER PRÆCEDENTIA

## COLLEGIORUM ET PROFESSORUM

## UNIVERSITATUM

PRÆ MILITIBUS

DIEI XXI AUGUSTI MDCCCXXXVIII.

1. *Proposita Sacrae Congregationi Studiis regundis quaestione = Utrum Collegiorum Doctores, atque Professores alicujus Universitatis Pontificiae Ditionis, qui ecclesiasticis functionibus, ac praesertim sacris pompis in die festo SSmi Corporis Christi intersint, praeponendi sint viris militaris disciplinae moderatoribus? = eadem Sacra Congregatio, auditis omnibus iis,*

1. Essendo stato proposto alla Sagra Congregazione degli Studj il dubbio = Se intervenendo i Dottori Collegiali, ed i Professori di alcuna Università dello Stato alle funzioni ecclesiastiche, ed in particolare alla Processione del Corpus Domini, abbiano essi ad avere la precedenza al corpo dei Militari? = la predetta Sagra Congregazione, consultati tutti coloro, cui spetta il decidere le

*ad quos pertinet sacrarum caeremoniarum quaestiones dirimere, Amplitudini Tuae significat statutum fuisse, Doctores Collegiorum, atque Professores Universitatum militum coetui anteponendos esse; militibus vero, si intersint, sacram pompam esse claudendam.*

Periculum doctrinae a candidatis faciendum I. 214. 61. I. 239. 1.
Coram Collegio philosophico I. 214. 61.
Accitis duobus artificibus mathematicis, ac totidem Architectis *ibid.*
Legitimis exhibitis testificationibus I. 214. 60.
Qua ratione instituendum experimentum I. 215. 62.

Candidati quando censeantur probati II. 215. 63.

Cautio praestanda II. 249. 37. *et seq.*

Legibus insuper publicis pareant oportet, antequam artem exerceant, I. 215. 63. I. 239. 1.

Et diplomate donentur I. 239. 1.

Matricula exhibenda est Praesidi Provinciae ut inter Artifices describatur II. 253. 54.

Tenetur servare suas peritias II. 253. 55.

Post obitum deponuntur in Archivio provinciae *ibid.*

Vel ab haeredibus traduntur alteri perito *ibid.*

Vide *Cautio*, *Diploma*, *Matricula*, *Schola tecnica*.

BACCALAUREATUS

Qui Baccalaureatum petunt, periculum doctrinae facere debent I. 81. 198. I. 222. 77.

Super iis omnibus quae primo anno scholastico traduntur *ibid.*

Coram tribus Membris Collegii respectivae facultatis I. 81. 198.

Per Rectorem designandis *ibid*

Examen ad Baccalaureatum in philosophia II. 27. 11. II. 27. §. *Quoniam.*

Tres requiruntur Doctores II. 27. 14.

Duo nempe ex Collegio philosophico *ibid.*

Ac unus ex Collegio theologico *ibid.*

Imo cursum medicum vel chirurgicum susceptuus debet praeterea periculum facere in Physicae studio II. 27. §. *Quoniam.*

Baccalaureatus post expletum primum annum cursus scholastici petendus et obtinendus II. 19. 10.

Secus ille annus in orbe studiorum non computatur *ibid.*

Non est ratus si quae praescripta sunt, non fuerint in collatione plene servata II. 19. 11.

Baccalaureatu philosophiae carentes non admittuntur ad scholas Universitatum II. 17. 5. II. 27. §. *Quoniam.*

Nec ad scholas elementares utriusque juris II. 18. 7.

Licet extra Universitates *ibid.*

Impensa pro hujusmodi admissionis gradu II. 27. 15.

Vide *Gradus*, *Impensae*.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Universitatum in commune commodum patere debet I. 49. 96.
Quibus diebus et horis *ibid. et seqq.*
Bibliothecarum publicarum status S. Congregationi denunciandus II. 113. 5.
Ac etiam earum patrimonium II. 122. 3.

Vide *Patrimonium Studiorum, Universitas Romana.*

BIBLIOTHECA BONONIENSIS

Eidem tradendum exemplar cujusque operis II. 151.
A Typographis tamen provinciarum ditionis pontificiae *ibid.*

BIBLIOTHECARIUS

In qualibet Universitate adesse debet Bibliothecarius I. 49. 95.
A Cancellario eligendus *ibid.*
Et a S. Congregatione confirmandus *ibid.*
Ejus officium I. 49. 96 et 102 *et seqq.*
Quod pertinet ad Bibliothecam Universitatis Romanae Bulla Alexandrina observanda I. 49. 95.

Vide *Bibliotheca, Universitas Romana.*

BIDELLUS

In quavis Universitate adsunt Bidelli, aliique famuli I. 57. 126.
A Rectore deliguntur *ibid.* 127.
Ejusque mandatis obtemperant *ibid.*
Eorum officium *ibid.* 128. *et seqq.*

BONA.

Vide *Academia, Bibliotheca, Legatum, Patrimonium Studiorum.*

CALENDARIUM

Calendarium anni scholastici a Rectore efformandum I. 27. 23.
Quomodo horae distribuendae *ibid.*
Singulis annis in scholarum instauratione publice adfigendum I. 43. 73.

Vide *Annus, Blanchus, Vacationes.*

CANCELLARIA UNIVERSITATIS

In qualibet Universitate constituitur Tabularium seu Cancellaria I. 219. 1.

Digitized by Google

Cum suis Ministris *ibid.*
Cancellariae subsunt S. Congregationi I. 249. 2.
Per eas emittuntur documenta ad studia pertinentia I. 250. 3.
Quae in eis asservanda I. 250. 4. 7. et 9.
Excluduntur quaedam acta Collegiorum Universitatum I. 252. 8.
Regulae Cancellariae Universitatum a S. Congregatione approbandae I. 251. 6.
Excitantur Collegia ut acta in Cancellariis deponant II. 33. 1.

CANCELLARIUS

TRIBUNALIUM

Cancellarius tum civilis tum criminalis indiget Laurea utriusque juris I. 194. 4.
Vel saltem magisterio *ibid.*
Forensi etiam exercitationi vacare debet I. 196. 7.
Et aliis publicis legibus satisfacere I. 196. 8. et 9.
Ut munere suo fungi queat I. 194. 4.
Coram Curia sive ecclesiastica sive civili, *ibid.*
Nam innovatio inducta est pro solis Defensoribus II. 183. 2.
Et quidem coram Tribunali civili *ibid.*

Vide *Defensor, Magisterium.*

CANCELLARIUS UNIVERSITATIS

Vide *Archi-Cancellarius, Episcopus.*

CARDINALIS CAMERARIUS

Poenas statuit contra eos, qui nulla praediti potestate, exercent artem salutarem I. 125. 303.

Vide *Academia, Archi-Cancellarius, Congregatio, Universitas.*

CARDINALIS PRAEFECTUS

Vide *Congregatio Studiorum.*

CARDINALIS VICARIUS

Cardinali Vicario subjiciuntur scholae puerorum ac puellarum in Urbe I. 125. 300.

Vide *Episcopus, Magistri, Opera.*

Digitized by Google

CARMELITARUM ORDO

Vide *Pharmacia.*

CATHEDRAE

Quot praesto esse debeant in qualibet Universitate I. 23. 10. *et seqq.*
Concursu conferuntur I. 40. 66. II. 260. 2.
Statim eveniente Cathedrae vacatione indicendo II. 20. 12.
Quomodo eligantur Substituti I. 49. 94.
Quaenam in Romana Universitate sine concursu conferantur I. 40. 66.
Cathedrae Clinicae medicae et Chirurgicae conferuntur sine concursu I. 291. 1.
Attamen viri peritissimi eligendi, *ibid.*
Qui proponuntur ab Emis Archi-Cancellariis *ibid.*
Ex his aliquem deligit S. Congregatio *ibid.*
Scholae philosophiae elementariae II. 13. 1.
Seu Logica, Metaphysica, Ethica, atque elementa Algebrae et Geometriae *ibid.*
In numero Cathedrarum Universitatum non habentur *ibid.*
Ac propterea hujusmodi studiorum elementis extra Universitates opera danda II. 13. 1. II. 14. 2.
Sed sub Magistris a S. Congregatione approbatis *ibid.*
Scholae quoque Institutionum legalium extra Universitates haberi queunt II. 14. 2.
Cui conferendae Cathedrae philologiae I. 223. 81.

Vide *Clinica*, *Concursus*, *Cursus*, *Scholae*, *Substitutus*, *Universitas.*

CAUTIO

Praestanda est ab iis qui Architecti, Decempedatoris, vel Mensoris artem exercere cupiunt I. 239. 1. II. 249. 37.

Vide *Impensae.*

CHIRURGUS

Vide *Matricula Medicinae et Chirurgiae.*

CLINICA

Scholae Clinicae Romae et Bononiae tantum habentur I. 107. 246. *et seq.*
Ac etiam Ferrariae ex peculiari privilegio II. 119.



Digitized by Google

Pro juvenibus civitatis, et provinciae tantum *ibid.*

Duae sunt aulae Clinicae I. 108. 251.

Clinicae Schola toto anni tempore patere debet I. 107. 248. I. 108. 252.

Regulae ibidem servandae I. 108. 253. *et seqq.*

Et observationes peragendae I. 107. 249.

Professores Clinicae quotannis quid Majoribus Universitatum referre teneantur I. 110. 258.

Quaenam personae ejusdem Scholae curam gerant I. 108. 250. et 252.

Doctores Medicinae et Chirurgiae per biennium studio Clinicae vacare debent I. 105. 242. I. 108. 253. II. 176. 3. II. 180. 5.

A die obtentae laureae computandum II. 176. 3. II. 180. 5.

Ad Scholam Clinicae non admittendi qui Laurea non sint donati II. 176. 3. II. 180. 3.

Durante biennio quibus legibus subjiciantur I. 106. 243. *et seq.*

Exacto biennio ablegandi Collegio Medico-Chirurgico, cujus est eorum periculum facere I. 106. 245.

Vide *Cathedrae.*

COADJUTOR

Magistrorum Coadjutores I. 173. 11.

Praescriptionibus pro Magistris factis tenentur *ibid.*

Seorsim scholam habere nequeunt *ibid.*

Nisi legitimam facultatem consequantur *ibid.*

Quando Coadjutores adhibendi I. 177. 23.

Professores impediti idoneum virum deputant II. 20. 13.

A Cancellario probandum *ibid.*

Vide *Aetas*, *Infirmitas*, *Magistri*, *Stipendium*, *Substitutus.*

COLLEGIA STUDIORUM

Indigent confirmatione S. Congregationis I. 123. 294.

Ac ejus subsunt jurisdictioni I. 21. 4. II. 127.

Etiam Urbis II. 127.

Eadem per Legatum a S. Congregatione invisuntur I. 21. 6.

Convictus autem et studiorum Collegia regularibus Ordinibus tradita proprii Instituti legibus reguntur I. 123. 293.

Quin tamen excludatur S. Congregationis auctoritas *ibid.*

Collegiorum status S. Congregatio-

Digitized by Google

ni denunciandus II. 113. 5. II. 122. 3. II. 127.

Vide *Legatus*, *Patrimonium Studiorum*, *Regulares*.

COLLEGIA UNIVERSITATUM

In quavis Universitate quatuor adsunt Collegia I. 29. 29.

Quot membris constent singula Collegia tum Romae tum alibi I. 31. 34. *et seq.*

Collegium Theologicum Archigymnasii Romani quot et quibus constet I. 29. 30.

Collegium Advocatorum Aulae Consistorialis fungitur munere Collegii Legalis in Romana Universitate I. 30. 33.

In Collegium medicum Urbis Romae cooptandi sunt Medicus et Chirurgus Summi Pontificis I. 31. 37.

Quid si numerus membrorum sit completus *ibid.*

In Collegio medico primariarum Universitatum locum habet Professor Medicinae veterinariae I. 31. 38.

Imo Professor quoque Pharmaciae I. 31. 38.

Etiam in Collegio Medico aliarum Universitatum I. 32. 39.

Quum de rebus agendum sit ad ipsorum professionem pertinentibus I. 31. 38.

Collegium philologicum habetur in duabus primariis Universitatibus I. 218. 70.

Aequiparatur ceteris Collegiis I. 218. 70.

Ejus officium I. 219. 71.

Ornamentum seu habitus cujusque Collegii I. 213. *quaest.* I. *et seq.*

Unicuique Collegio est Praeses I. 32. 41.

Et Secretarius *ibid.*

Ille decanus, seu senior Collegii, hic junior *ibid.*

Officium Collegiorum I. 34. 48. et 49.

Sunt veluti consultores nati S. Congregationis *ibid.*

Habent comitia in Aula Universitatis I. 35. 50.

Ordo praecedentiae inter quodlibet Collegium I. 35. 51.

Collegiales conventus ad periclitandam candidatorum doctrinam legitimi non sunt absque praesentia Cancellarii I. 82. 201.

Aut saltem Rectoris *ibid.*

Et sex saltem Collegii membrorum, *ibid.*

Omnia tamen Membra sunt vocanda *ibid.*

Membra absentia privantur emolumento *ibid.*

Etiamsi aliorum assensus adsit *ibid.*

Excipiuntur tantummodo infirmi *ibid.*

Statuta condere tenentur I. 115. 273.
Atque Elenchum graduum et matricularum mittere ad S. Congregationem I. 165. §. 1.
Quaenam acta Collegiorum in Cancellaria Universitatis non deponenda I. 252. 8.
Collegia de peritia candidatorum non remisse cognoscant I. 83. 203. II. 176. 5. II. 179. 1.
Secus S. Congregatio providebit I. 83. 203.
In Collegium philosophicum quinam cooptandi in periclitandis Architectis I. 214. 61.
Et Artificibus Mathematicis *ibid.*
Vel Baccalaureatu philosophico donandis II. 27. 14.
Singuli e Collegio theses in concursu ad Cathedras exhibere debent I. 37. 56. I. 104. 237.
Quibus dotibus pollere debeant, qui in Collegia sunt adsciscendi I. 32. 42. et 43.
Vacante aliqua sede Doctoris Collegiati proponuntur aliqui viri I. 247. 1. I. 249. 7.
A Collegio ipso Universitatis I. 247. 1. I. 247. 7.
Vel a Consilio Artium I. 249. 7.
Aut ab Academia Artium *ibid.*
Sed non minus quam tres I. 247. 2.
Distributi per agnominis seriem *ibid.*
Album candidatorum Cancellarius mittit ad S. Congregationem I. 247. 3.
Suis adnotationibus munitum I. 237. 4.
Novum album confici jubet S. Congregatio, si primus sibi non satisfecit I. 247. 5.
Inter propositos Summus Pontifex quem vult, eligit I. 33. 44. I. 247. 6.
Qui sedem in Collegio aliquo occupat, designari nequit ad sedem alterius Collegii II. 91 1.
Nisi paratus sit sedem, quam occupat, relinquere *ibid.*
Collegiorum membra amoveri nequeunt absque gravissima causa I. 34. 47.
A S. Congregatione expendenda *ibid.*

Vide *Emolumenta*, *Statuta*, *Theses*.

COLLEGIUM PROTONOTARIORUM APOSTOLICORUM

Vide *Laureae*.

COMPETENTIA

Vide *Forum*.

Digitized by Google

CONCURSUS

Cathedrae Universitatum per concursum sunt conferendae I. 36. 53. II. 20. 12.

Ac etiam Scholae publicae extra Universitates I. 61. 141.

Quaenam Cathedrae in Romana Universitate a lege concursus excipiantur I. 40. 66.

Et quomodo istae conferendae I. 41. 67.

Cathedrae Clinicae sine concursu conferuntur I. 291. 1.

Primariatus Hospitalium per concursum tribuuntur II. 132.

Item munera Substituti et Officialium II. 145. 2.

Eveniente Cathedrae vacatione statim indicendus concursus II. 20. 12.

Nisi forte articulus 70. Const. *Quod divina Sapientia* obstiterit *ibid.*

Quo casu certior facienda S. Congregatio *ibid.*

A lege concursus quinam eximantur I. 42. 70.

Tunc vero Summo Pontifici electio reservatur *ibid.*

Concursum praeire debent denunciationes I. 36. 53. I. 61. 141.

Quae triginta ante diebus sunt affigendae I. 36. 53.

Quae prerogativae in concurrentibus exquirantur I. 36. 53. et *seq.*

Quomodo competitores periculum doctrinae facere debeant I. 36. 55. et *seq.* I. 61. 141. et *seq.*

Examen concurrentium ad Cathedras prius scripto, dein voce explendum I. 36. 55. et 61.

Theses sortito ductae concurrentibus ad Cathedras Universitatum sunt proponendae I. 37. 56.

Quas singuli e Collegio exhibere debent *ibid.*

Et ex his Cancellarius saltem triginta deliget, quae in sortem conjiciantur I. 37. 55. et 56.

Qua lingua, quo tempore et quo loco dissertatio a competitoribus sit conficienda I. 36. 55. et 57.

Dissertationes cui tradendae, et quibus sigillis obsignandae I. 37. 58. et 59.

Qui et quomodo suffragium ferre debeant in Professore deligendo I. 39. 62. et *seqq.*

Quid in paritate suffragiorum I. 40. 65.

Laureae ad honorem et ad praemium conferuntur per concursum I. 81. 199. I. 97. 214.

Vide *Cathedrae*, *Electio*, *Laurea*, *Magistri*, *Professores*.

Digitized by Google

CONGREGATIO SPIRITUALIS

In qualibet Universitate Oratorium extabit, ubi sacra fiant, ac pietatis officia peragantur I. 72. 175. et *seq.*

Cui committendum spirituale regimen 72. 176. et *seq.*

Quae annua officia in Oratorio habenda I. 72. 178.

Quae ineunto, et quae exeunte anno scholastico I. 173. 179. et *seq.*

Quae die Patrono Universitatis sacra I. 74. 181.

Qualibet die unum saltem Sacrum fiat I. 74. 183.

Quolibet festo habenda Congregatio spiritualis I. 74. 184.

Etiam tempore vacationum I. 75. 184. (*a*) I. 191. 1.

Si quis velit eidem interesse I. 191. 1.

Tempore quadragesimali fiunt exercitia spiritualia I. 76. 186.

Discipuli Congregationi spirituali adesse tenentur I. 66. 155. I. 74. 184. I. 77. 187. I. 99. 222.

Eximuntur Sacerdotes et Clerici aliis Ecclesiis addicti I. 77. 187.

Scholae Clinicae addicti Congregationem spiritualem frequentare tenentur I. 106. 211.

Professores Congregationi interesse hortantur I. 79. 194.

Praeses Congregationis elenchum discipulorum habeat I. 78. 188.

Ubi adnotentur, qui assidue et qui raro I. 78. 189. et *seq.*

Aut sine exteriori devotione Congregationi interfuerint *ibid.* 190.

Qui et quoties ad Sacramenta accesserint I. 78. 188.

Qui Congregationi assidue non interfuerint, gradus academicos petere vetantur I. 78. 190.

Quae de Religionis officiis pro Universitate, eadem pro aliis publicis Scholis dicta intelliguntur I. 79. 192. et *seq.*

Prudenti tamen Episcoporum arbitrio *ibid.* 193. et 194.

Vide *Pietatis Officia.*

CONGREGATIO STUDIORUM

S. Congregationis institutio I. 20. 1. I. 130. §. *Ad hujusmodi.*

Patres Cardinales quibus constat I. 20. 2.

Quinque ex eis ratione muneris *ibid.*

Reliqui ex libera Summi Pontificis electione *ibid.*

Ex his a Summo Pontifice nominatur Cardinalis Praefectus *ibid.*

Habet virum ecclesiasticum a Secre-

Digitized by Google

tis I. 20. 3. I. 130. §. *Ad hujusmodi.*

S. Congregatio in comitiis et deliberationibus servat methodum aliarum Congregationum I. 20. 3.

Omnimodae ejusdem potestati ac jurisdictioni subsunt Universitates omnes I. 21. 4. I. 129. §. *Ut autem.*

Item Scholae publicae et privatae I. 21. 4. I. 282. 2.

Ac etiam Collegia et Convictus I. 21. 4. I. 123. 294.

Non tamen Seminaria I. 122. 291.

Nec Studia seu Collegia pro alumnis regularibus I. 123. 292.

Secus si eadem Studia cuique pateant I. 123. 293.

Subsunt quoque S. Congregationi Professores, aliique addicti erudiendis adolescentibus I. 21. 4. I. 43. 75.

In iis tamen, quae ad institutionem pertinent I. 21. 4.

Item S. Congregationi subsunt Magistrae piae I. 282. 2.

Nec ipsa inconsulta quidquam super iisdem innovandum I. 283. 3.

S. Congregationis est ordinationes ipsas studiorum declarare, interpretari, et extendere I. 129. §. *Ut autem.*

Sublata cuilibet alii hujusmodi facultate *ibid.*

Novae regulae in iis, de quibus Constitutio nihil decrevit, S. Congregationis approbatione indigent I. 229. *dub.* 1.

Eidem subjicienda nova Collegiorum Statuta I. 115. 273.

Ejusdem est praeesse studiis tum Romae tum in Pontificia Ditione I. 20. 1.

Ac etiam legum observantiam urgere I. 21. 5. I. 287. 1.

Item publica tradendae doctrinae Instituta invisere per Legatum I. 21. 6. I. 24. 12.

Hujus Legati est ea peragere, quorum sibi cura demandata fuerit I. 21. 6.

Ipsa praescribet cursum scholasticum in secundariis Universitatibus servandum I. 96. 213.

S. Congregatio videat ne Collegia remisse cognoscant de peritia Candidatorum I. 83. 103.

S. Congregatio curat, ut Professores sanam doctrinam tradant I. 43. 75.

Qui a Superioribus locorum aliquid gravaminis sibi illatum judicat, ad S. Congregationem preces deferat I. 22. 7. I. 62. 141.

Eidem S. Congregationi exhibenda sunt rescripta I. 22. 8.

Antequam executioni committi queant *ibid.*

Digitized by Google

Vide *Elenchus*, *Professores*, *Regulares*, *Secretarius*, *Statuta*.

CONSILIA PUBLICA

Vide *Magistratus*.

CONSILIUM ARTIUM

Romae ex Consilio Artium assumuntur duo artifices mathematici I. 214. 61.
In Collegium philosophicum cooptandi *ibid.*
Quomodo ipsi eligantur I. 249. *quaest.* 6.

CONVICTUS

Vide *Collegia Studiorum*.

CRIMEN

Vide *Archi-Cancellarius*.

CURSUS

Cursu seu opere typis impresso uti debent Professores I. 44. 77.
Vel suum praelo committere *ibid.* 81.
Lingua latina exaratum *ibid.* 82. et *seq.*
Observationes etiam scitu dignas typis evulgant I 212. 55.
Cursus scholasticus in duabus primariis Universitatibus I. 96. 213.
Quis in secundariis servandus *ibid.*
Cursus Theologicus I. 85. 208.
Qui lauream petunt, lectionibus de locis theologicis vacare debent II. 94. *quaest* 4.
Ita tamen ut earum cursus spatium unius anni non excedat *ibid.*
Cursus Legalis I. 87. 209.
Medicus I. 90. 210. II. 27. §. *Quoniam*.
Chirurgicus I. 92. 211. II. 27. §. *Quoniam*.
Pharmaceuticus I. 110. 259.
Philosophicus I. 94. 212.
Scholae tecnicae I. 211. 50.
Seu Architectorum et Artificum Mathematicorum *ibid.*
Mensoris aedificiorum I. 216. 65.
Decempedatoris *ibid.*
Cursus philologicus I. 220. 75.
Quem cursum absolvere debeant, qui Laureis ad honorem vel ad praemium inhiant I. 101. 227.

Vide *Matricula*, *Phlebotomi*, *Professores*, *Veterinarius*.

DECEMPEDATOR

Ejus Officium II. 242. 1.
Indiget matricula artis exercendae I. 216. 64. II. 243. 5.

Digitized by Google

Secus ejus peritiae nullius sunt roboris II. 243. 5.
Quamvis partes easdem ratas habeant *ibid.*
Matricula nunc obtinenda est ab aliqua Universitate I. 216. 65. II. 244. 10. et *seqq.*
Etiam secundaria *ibid.*
Non autem a Praesidibus Provinciarum I. 239. 1.
Conceditur si candidatus cursum studiorum compleverit I. 216. 65.
Nempe studium biennale teoreticum II. 243. 6.
Item exercitationem biennalem II. 243. 7.
Cujus exercitationis Praeses provinciae certior faciendus II. 244. 8. II. 245. 21.
Praeterea periculum doctrinae facere debet I. 239. 1.
Cum haud satis nunc sit decennale exercitium *ibid.*
Matricula exhibenda est Praesidi Provinciae *ibid.*
Ut inter Decempedatores describatur I. 239. 1. II. 252. 52.
Praestita prius cautione I. 239. 1. II. 249. 38.

Vide *Cautio*, *Diploma*.

DEFENSOR

Indiget laurea utriusque juris I. 194. 4.
Vel saltem magisterio *ibid.*
Ut ad munus exercendum admittatur in quavis Curia civili vel ecclesiastica *ibid.*
Nunc autem indiget saltem licentiae gradu II. 183. 2.
Ut munus suum obire queat coram Tribunali civili *ibid.*
Secus coram Curia ecclesiastica, vel in causis criminalibus *ibid.*
Vide *Magisterium*.

DELEGATUS APOSTOLICUS

Acta consiliaria electionis Magistrorum publicorum I. 237. *quaest.* 16. II. 43. 4.
Eadem utrum firma sint necne, declarant Delegati Apostolici *ibid.*
Episcopi vero approbant personam electi I. 237. *quaest.* 6.
Salva tamen confirmatione S. Congregationis II. 21. 14.
Vide *Electio*, *Magistri*.

DENTIDUCUS

Dentiducam artem exercere nemo potest sine matricula I. 197. 10.
Quid noscere debeat I. 203. 26.
Quaenam sit ei facultas I. 203. 27.

DEPUTATI PUBLICARUM SCHOLARUM

Eliguntur a Magistratu I. 232. *quaest.* 5.

Si tamen agatur de publicis scholis communibus I. 60. 136.

Sumptu nempe Communitatis alendis *ibid.*

Tamen Deputati sunt ab Episcopo approbandi *ibid.*

Advigilant scholis loco Magistratus *ibid.*

Coram ipsis explendum examen II. 24. 2.

Quod subire tenentur Magistri philosophiae elementariae *ibid.*

Ac etiam Institutionum utriusque juris *ibid.*

Deputatorum consilio statuitur ab Episcopo stipendium *ibid.*

A Discipulis solvendum Magistris privatis II. 27. 13.

Vide *Electio*, *Scholae publicae.*

DEPUTATUS EPISCOPI

Praeest nomine Episcopi cunctis scholis extra Universitates I. 24. 14. I. 60. 137. I. 182. 35. I. 187. 48.

Item privatis II. 25. 7.

Etiamsi agatur de scholis puellarum I. 187. 49.

In his tamen potest Episcopus adhibere mulieres I. 187. 49.

Adest experimento concurrentium ad magisterium I. 61. 142.

Ac etiam relationi Examinatorum *ibid.*

Adest quoque experimento Magistrorum privatorum II. 24. 2.

Ejus consilium adhibetur in stipendio eis praefiniendo II. 27. 13.

Et a discipulis solvendo *ibid.*

Deputatus scholas identidem lustrat I. 187. 50.

Negligentes in munere severe monet *ibid.*

Vitam et mores cum Magistrorum tum discipulorum observat I. 188. 51.

Incumbit, ne Magistri doceant quae a recta institutione absunt I. 188. 52.

Refert Episcopo scholarum statum I. 61. 139.

Periclitatur discipulos I. 188. 51.

Coram ipso instituenda experimenta discipulorum I. 118. 283. *et* 285.

Ineunte et exeunte anno scholastico *ibid.*

Vide *Episcopus*, *Magistri*, *Scholae.*

Digitized by Google

DIPLOMA

Quorum subscriptione muniendum I. 84. 207.

Formula Diplomatis liberi exercitii Artificis mathematici et allarum artium I. 241. 2.

Exemplar diplomatis Ratiocinatoris II. 79.

Formula Matriculae inferioris pharmaciae II. 51.

Vide *Matricula.*

DISCIPLINA

Observantia disciplinae scholasticae inculcatur I. 61. 140. I. 287. 1.

Non sinit ut discipuli ab una Universitate ad alteram se conferant II. 94. *quaest.* 2.

Inconsulta S. Congregatione *ibid.*

Exceptis casibus lege praefinitis *ibid.*

Vide *Annus*, *Aetas.*

DISCIPULI

Quid praestare debeant, ut matriculae Universitatis adscribantur I. 64. 149.

Quid ut nova matricula donentur I. 66. 155. I. 67. 158. *et seqq.*

Haud satis assiduitas lectionibus I. 66. 156.

Verum etiam progressus requiritur *ibid. et* I. 211. 53.

Per fidem Professoris tertio quoque mense I. 66. 157.

In varias classes discipuli sunt dividendi I. 178. 25.

E schola inferiori ad superiorem transeunt accedente consensu Examinatorum I. 235. *quaest.* 13.

Numerus discipulorum in privatis scholis I. 177. 23.

Qui deliquerint, quomodo puniendi I. 68. 160. I. 181. 34.

Expulsio a quo decernenda I. 69. 164. I. 182. 35.

Ab una Universitate ad alteram se conferre nequeunt II. 94. *quaest.* 2.

Inconsulta S. Congregatione *ibid.*

Exceptis tamen casibus lege praefinitis *ibid.*

Vide *Admissio*, *Elenchus*, *Expulsio.*

DOCTORES COLLEGIATI

Doctor unius Collegii proponi potest in Doctorem alterius II. 91. 1.

Si tamen paratus sit relinquere sedem, quam occupat *ibid.*

Si plures eadem die nominentur, quo ordine sedeant II. 11. 1.

Vide *Collegia Universitatum.*

DOCTRINA CHRISTIANA

In qualibet schola, et discipulis omnium classium tradenda I. 175. 18.

EDICTA

Medici et Chirurgi Communitatum per edicta advocantur II. 29. 1.

Exemplar hujusmodi edictorum ad S. Congregationem mittendum II. 30. 2.

Item ad Emos Archi-Cancellarios utriusque primariae Universitatis II. 30. 2.

ELECTIO

Electio Professorum ex praescripto Constitutionis *Quod Divina Sapientia* omnino facienda II. 20. 12.

Et ad S. Congregationem deferenda I. 41. 69.

Ut ab ipsa confirmetur *ibid.*

Electio spectat ad Summum Pontificem, si competitores eximantur a lege concursus I. 42. 70.

Professorum vero ad Cathedras Clinicae spectat ad S. Congregationem I. 291. 1.

Inter viros peritissimos ab Archi-Cancellariis propositos *ibid.*

Sine concursu *ibid.*

Magistrorum communium electio a publico Consilio per secreta suffragia est peragenda I. 61. 142.

Inter approbatos ab Examinatoribus I. 235. *quaest.* 12.

Ita ut inter istos quem vult eligit *ibid.*

Legati declarant acta electionis firma ac rata esse I. 237. *quaest.* 16.

Confirmatio vero electi pertinet ad Episcopum *ibid.*

Praevia tamen approbatione S. Congregationis II. 21. 14. II. 25. 5.

ELENCHUS

Cancellariorum, Rectorum, Professorum, et Membrorum cujusque Collegii typis est excudendus I. 126. 305.

Idque initio cujusque anni scholastici *ibid.*

In eodem adnotanda opera Professorum praelo edita et memoratu digna *ibid.*

Elenchus Auditorum, qui laureas *ad honorem* et *ad praemium* tulerint, in Aula Universitatis legendus I. 126. 304. I. 214. 58.

Eo die, quo praemia distribuuntur I. 126. 304.

Idque cum pompa, ut juventuti incitamento sit *ibid.*

Elenchus Laurearum, Matricularum, aliorumque graduum ad S. Con-

Digitized by Google

gregationem ab Universitatibus mittendus I. 165. 1. II. 34. 2.
Sexto quoque mense I. 165. 1.
Quomodo conficiendus *ibid.*
In elencho discipulorum in Cancellaria asservando mores et progressus adnotandi I. 253. 9.
Quae acta in Cancellaria Universitatum asservanda I. 250. 4. II. 33. 1.
Elenchus Ratiocinatorum II. 81.
Ubi prostare debeat II. 71. 19.

Vide *Calendarium*, *Cancellaria Universitatum*.

EMOLUMENTA

Fructus ex gradibus proficiscentes ii lucrantur Doctores Collegiati, qui conventui intersunt I. 82. 201.
Pacta huic legi adversantia interdicuntur *ibid.*
Aegroti tantummodo excipiuntur *ibid.*
Dividuntur secundum ordinationes et consuetudinem cujusque Universitatis I. 115. 273.
Emolumenta pro Baccalaureatu admissionis in facultate philosophica in deposito habenda II. 27. 15.
Donec aliter statuatur *ibid.*
Emolumenta ex periculo Ratiocinatorum in quos usus insumenda II. 63. 8.

Vide *Collegia Universitatum*, *Impensae*, *Merces*.

EPISCOPUS

Potestati et administrationi Episcoporum subsunt Universitates, Gymnasia, aliaque publicae institutionis loca I. 129. §. *Motu*.
Item illorum personae, res, bona, et jura *ibid.*
Episcopi sunt Universitatum Cancellarii I. 24. 14. *et seqq.*
Praesunt quoque scholis extra Universitates I. 60. 137. I. 125. 300.
Etiam per Legatum I. 60. 137.
Item scholis alicui sodalitati aut privatis hominibus ex pia fundatione commissis I. 155. *dub.* 4.
Non vero Collegiis et scholis publicis Regulari Ordini concreditis I. 153. *dub.* 1.
Licet sint invitandi ad experimenta discipulorum I. 154. *dub.* 3.
Cavere debent, ne scholae instituantur, in quibus pueri se mutuo docent I. 124. 299.
Exponit S. Congregationi ea, quae opportuna putat pro meliori scholarum disciplina I. 70. 171. *et seq.*
Et hanc ob causam potest agere cum Magistratu I. 229. *dub.* 1.
Ad Magistratum peculiariter spectat urgere observantiam scholasticae

Digitized by Google

disciplinae in scholis publicis I. 61. 40. I. 230. *quaest.* 2.
Salva tamen est Episcopo auctoritas inspiciendi corrigendique I. 230. *quaest.* 2.
Item ne reclpiantur discipuli indigni I. 231. *quaest.* 3.
Approbat Deputatos scholarum a Magistratu electos I. 231. *quaest.* 3.
Episcopi approbant Magistros communes I. 62. 143.
Etiam provisorios I. 233. *quaest.* 9.
Eosque queunt ad tempus amovere ab officio I. 63. 146.
Potest denegare confirmationem electionis Magistri I. 234. *quaest.* 10.
Nec tenetur aperire rejectionis causam *ibid.*

Vide *Archi-Cancellarius*, *Electio*, *Expulsio*, *Patrimonium*, *Regulae*, *Universitas*.

EXAMEN

Vide *Experimentum*.

EXAMINATORES

Concurrentium ad Primariatum Hospitalium a quo eligantur II. 132
Concurrentium ad scholas Communitatum eliguntur a Magistratu I. 61. 141. I. 119. 283. *et* 285. I. 235. *quaest.* 13.
Item discipulorum in annuis experimentis I. 118. 283. I. 235. *quaest.* 13.
Etiam pro transitu ad scholam superiorem I. 119. 285. I. 235. *quaest.* 13.
Examinatores Magistrorum privatorum I. 172. 8. II. 24. 3.
Ab Episcopo eliguntur *ibid.*
Per secreta suffragia judicium ferunt II. 24. 3.
Examinis methodus II. 25. 4.
Coram quibus II. 24. 2.
Examinatores pro gradu Baccalaureatus II. 27. 14.
Examinatores Ratiocinatorum II. 66. 12.

Vide *Electio*, *Experimentum*, *Magistratus*, *Magistri*.

EXPERIMENTUM

Candidati examen subire debent coram Collegio I. 82. 200.
Illius facultatis, in qua gradum petunt *ibid.*
Pro gradu Baccalaureatus philosophiae adhibendus etiam Doctor ex Collegio theologico II. 27. 14.
Nec hujusmodi examina alicui coetui delegari queunt I. 82. 200.
Secus gradus collati sunt omnino irriti *ibid.*
Non approbati in primo examine ad

Digitized by Google

experimentum redire queunt I. 83. 202. I. 105. 240.
Sed post sex menses *ibid.*
Et accedente venia Rectoris *ibid.*
Reprobati in secundo examine spem alterius experimenti amittunt *ibid.*
Peritia candidatorum non est remisse cognoscenda I. 83. 203. II. 176. 5. II. 179. 1.
Secus S. Congregatio providebit I. 83. 203.
Exeunte anno scholastico examina habenda sunt I. 116. 276. I. 213. 56.
In omnibus scholis Universitatis I. 116. 276.
De iis, quae per annum explicata fuerunt *ibid.*
Quomodo et coram quibus explenda experimenta I. 117. 277. *et seq.*
Duo praestantissimi praemio afficiendi I. 118. 281. I. 214. 58.
In scholis publicis extra Universitates similiter instituenda experimenta I. 118. 282. *et seq.*
Et praemia conferenda I. 118. 284.
In eisdem scholis habenda quoque examina discipulorum pro transitu ad scholam superiorem I. 119. 285.
Idque ineunte anno scholastico *ibid.*
Et coram Examinatoribus a Magistratu delectis I. 119. 285. I. 235. *quaest.* 13.
Experimentis discipulorum Magistri adstare queunt I. 235. *quaest.* 14.
Sine suffragio *ibid.*
Experimentum Ratiocinatorum II. 67. 13.
Experimenta eorum, qui in studia ante annum 1824. incubuere II. 106. 2. *et seq.*

Vide *Examinatores*, *Hospitalis.*

EXPULSIO

Discipulorum expulsio a quo decernenda I. 69. 161. I. 182. 35.
Expulsi ab una Universitate recipi nequeunt in altera I. 69. 165. I. 176. 20.
Nisi meliorem vitae rationem inierint I. 176. 20.
Extra Universitates tam Episcopus quam Magistratus jus habent expellendi I. 71. 173.

EXTERI.

Nullius ponderis habendae laureae, et matriculae ab externa Universitate collatae II. 19. 9.
Exteri non sunt admittendi ad munus Magistri I. 171. §. 7. II. 23. 1.
Neque ad liberalium artium exercitium II. 19. 9.

Nec ad officia Hospitalium II. 145. 2.

Nec ad laureas aliosve gradus academicos obtinendos II. 18. 8.

Excipiuntur tamen gradus et laureae sacrarum disciplinarum *ibid.*

Item qui ad Collegia suae Nationis studiorum causa se conferunt *ibid.*

FORUM

Causae patrimonii studiorum agunt tur coram Foro ecclesiastico vel civili II. 93. *quaest.* 2.

Prout ceterae causae ad forum ecclesiasticum spectantes *ibid.*

FUNCTIONES

Ad functiones sive sacras sive litterarias Magistratus Civitatis advocandus I. 128. 308.

Et Magistratus sedet post Archi-Cancellarium sive Cancellarium *ibid.*

In ecclesiasticis functionibus qua gaudeant praecedentia Professores Universitatum II. 87. 1.

Vide *Praecedentia.*

GRADUS

Qui aliquem gradum petunt, examen subire debent I. 82. 200.

Coram Collegio respectivae facultatis *ibid.*

In examine ad Baccalaureatum philosophiae adhibendus quoque Doctor ex Collegio Theologico II. 27. 14.

Gradus academicos petere nequit qui spirituali Congregationi assidue ac devote haud interfuerit I. 78. 190.

Baccalaureatus et Licentia conferri possunt etiam privatim I. 84. 204.

Laureae autem publice in Aula Universitatis *ibid.* 205.

Nullius ponderis habendi ab externa Universitate obtenti II. 19. 9.

Nec etiam si praescriptiones legis non fuerint cumulate servatae II. 19. 11.

Exteris gradus non concedendi II. 18. 8.

Vide *Experimentum*, *Exteri*, *Professio fidei.*

HABITUS

Vide *Ornamentum.*

HERBARIUS

Artem exercere nequit sine matricula I. 197. 10.

Quid herbarii callere debeant I. 202. 24.

Quaenam sit eis facultas I. 202. 25.

Digitized by Google

Quid ipsis vetitum sit *ibid.*

HORTUS BOTANICUS

Custos ejusdem a Rectore eligitur I. 55. 120.
Subest Professori Botanicae *ibid.*
Eumque sequitur in botanicis excursionibus I. 56. 125.
Quid agere, quid vitare teneatur I. 55. 120. *et seq.*

HOSPITALIS

Primariatus Hospitalium Urbis II. 131.
Per concursum conferuntur II. 131. II. 286. 15.
Quinam ad concursum admittendi II. 131.
Experimentum coram Examinatoribus faciendum II. 132.
Per Praesidem et Deputatos eligendis II. 132.
Per ipsos dignior inter Candidatos ab Examinatoribus probatos deligitur II. 132.
Salva Summi Pontificis approbatione *ibid.*
Munera quoque Substituti et Officialium per concursum conferenda II. 145. 2. II. 286. 15.
Huic concursui admittuntur qui sunt matricula donati II. 145. 2.
Exclusis exteris *ibid.*
Ac etiam iis qui non pertinent ad familiam Hospitalis *ibid.*
Dummodo ex familia tres habeantur concurrentes, cunctis dotibus praediti *ibid.*
Pro qualibet sede conferenda *ibid.*
Methodus experimenti II. 146. 3.

HOSPITIUM

Romae praesto est pro Surdo-mutis II. 161. 1.
Masculis et foeminis II. 162. 9.
Recipiuntur Romani II. 161. 2.
Ac etiam ii, qui ortum duxerint ex familiis per decennium in Urbe jam commorantibus *ibid.*
Pauperes quidem gratis *ibid.*
Alii si solvant menstrua scutata quatuor II. 161. 2. II. 335. 2.
Recipiuntur quoque orti in provinciis Ditionis Pontificiae II. 161. 3. II. 335. 2.
Qui si pauperes sint, localis Communitas menstrua scutata quatuor solvit II. 335. 2.
Quae si impos sit, solvit provincia II. 335. 2.
Hospitium subest Emo Praesidi Commissionis Subsidiorum II. 161. 1.
Deputatus specialis Surdorum-Mutorum II. 162. 8.
Praeter Deputatum ecclesiasticum *ibid.*
Magistri Surdorum II. 163. 10.

Ab Emo Praeside proponuntur II. 164. 18.

Et a S. Congregatione nominantur *ibid.*

Stipendium Magistrorum II. 163. 11. II. 164. 16.

Surdorum cura cui concredita II. 162. 9.

Quolibet semestre S. Congregatio certior reddenda de numero Surdorum-Mutorum II. 164. 17.

Et eorum, qui expulsionem promeriti fuerint *ibid.*

Cura Surdorum-Mutorum extra Hospitium commorantium II. 163. 14.

Isti admittuntur ad scholas II. 163. 13.

Eorum inopia subsidio levatur II. 164. 15.

## HYPOTHECA

Vide *Patrimonium Studiorum.*

## IMPENSAE

Medici, Chirurgi, et Pharmacopolae nihil solvunt publico aerario pro matricula I. 111. 264.

Qui lauream *ad honorem* assequuntur, immunitate gaudent cujusvis impensae I. 98. 217. I. 114. 270.

Imo ipsis restituitur solutum pro prioribus gradibus I. 98. 217.

Laureati *ad praemium* immunes sunt ab impensa tantum pro laurea I. 98. 219. I. 114. 270.

Pauperes eximuntur ab impensis tam graduum academicorum, quam matricularum I. 116. 274. II. 64. 8.

Vel saltem habetur paupertatis ratio II. 39. 6.

Etiamsi agatur de matricula inferiori II. 171. 1.

Eximuntur quoque consanguinei et a studiis Advocatorum Aulae Consistorialis I. 116. 275.

Item consanguinei in primo et secundo gradu Professorum *ibid.*

Aut eorum, qui membra sunt Collegiorum *ibid.*

Sed pro dimidia tantum impensarum parte *ibid.*

Religiosi quoque eximuntur ab impensis pro matricula pharmaciae II. 159. 5.

Si ad Ordinem Mendicantium pertineant *ibid.*

Impensa pro gradibus, matricula, vel diplomate I. 114. 270.

Laureatus in Medicina quid solvere debeat pro laurea Chirurgiae, et vicissim I. 115. 272.

An teneatur petere baccalaureatum et licentiam *ibid.*

Quid si lauream petant, non obtentis prius baccalaureatu et licentia I. 114. 271.

Digitized by Google

Impensae ab Artificibus mathematicis subeundae II. 250. 42.
Item ab Architectis *ibid.*
Ac etiam a Decempedatoribus *ibid.*
Et aedificiorum mensoribus *ibid.*
Sive pro cautione *ibid.*
Sive pro experimentis *ibid.*
Sive pro matricula II. 250. 43. II. 254.
Impensae pro baccalaureatu admissionis in facultate philosophica II. 27. 15.
Pro matriculis inferioris ordinis I. 199. 17.
Pro matricula artis obstetriciae *ibid.*
Pro diplomate publici Ratiocinatoris II. 63. 8. II. 70. 18.
Impensae pro gradibus in secundariis Universitatibus factae non restituuntur I. 101. 228.
Si postea lauream *ad honorem vel ad praemium* in primaria Universitate quis obtinuerit *ibid.*
Non probatis in examine restituitur pecunia deposita I. 105. 240. II. 89. *quaest.* 1.
Qui vero secundo reprobati fuerint, medietatem depositae pecuniae amittunt II. 90. *quaest.* 2.
Item si veniam secundi experimenti impetraverint, ac dein illud facere renuant *ibid.*
Candidatus vero ad munus Ratiocinatoris si alterum examen petit, iterum pecuniam deponere debet II. 70. 18.

Vide *Emolumenta.*

IMPRIMATUR

In evulgandis operibus quomodo concedatur II. 53. 1. II 271.

Vide *Opera.*

INFIRMITAS

Aegritudo justam praebet excusationis causam Membris Collegiorum I. 82. 201.
Ac propterea lucrantur emolumenta laurearum *ibid.*
Non secus ac alii Conventui praesentes *ibid.*
Professores ob morbum abdicare coacti quando stipendio donentur I. 194. 3.
Professores Universitatum infirmi Substitutum admonent, ut lectiones prosequatur I. 43. 74.
Nunc vero, suppressis Substitutis, virum idoneum ipsi deputant II. 20. 13.
A Cancellario tamen probandum *ibid.*
Magistri infirmi Deputatum Episcopi certiorem faciunt I. 180. 32.
Ut rationibus scholae provideat *ibid.*



Digitized by Google

Ac probatum virum designet *ibid.*
Cui Magister privatus gratificari de suo debet *ibid.*
Infirmitas vel aliud impedimentum excusat Auditores a defectu assiduitatis I. 67. 157.
Dummodo legitime probetur *ibid.*

Vide *Coadjutor*, *Professor*, *Magistri*, *Substitutus*.

INQUISITORES

Vide *Opera*.

INSTITUTUM

Instituta omnia publicae instructionis subjiciuntur jurisdictioni S. Congregationis I. 21. 6. II. 122. 3.
Etiam Urbis II. 127.

Vide *Collegia*, *Congregatio Studiorum*, *Patrimonium Studiorum*.

JUBILATIO

Professores Universitatum jubilatione donantur I. 193. 1. II. 263. 3.
Integrum habent stipendium, si per quadraginta annos diligenter munere suo functi sint *ibid.*
Secus vel duas tertias stipendii partes, vel unam tantum assequuntur I. 193. 2.
Si per triginta, aut viginti annos docuerint *ibid.*
Quid si ob morbum abdicare cogantur I. 194. 3.

Vide *Universitas Romana*.

JUDEX

Qui exercent voluntariam jurisdictionem, indigent laurea utriusque juris II. 35. 1.
Nullus constitui potest Judex ad conficienda acta criminalia I. 194. 4.
Nisi obtinuerit lauream utriusque juris *ibid.*
Vel saltem magisterium *ibid.*
Et in praxi forensi sese exercuerit I. 196. 7.
Publicae tamen leges, si quid aliud postulent, servandae I. 196. 8. et 9.

Vide *Jurisdictio*.

JURAMENTUM

Medici praestare debent juramentum a S. Pio V. praescriptum, antequam matricula donentur I. 84. 206.

Vide *Professio Fidei*.

Digitized by Google

JURISDICTIO

Qui voluntariae jurisdictionis decreta emittunt, laurea utriusque juris donati sint oportet II. 35. 1.
Etiamsi ecclesiastica auctoritate sint insigniti II. 37. 3.
Ideoque excitandi, ut lauream quamprimum assequantur II. 38. 5.

Vide *Archi-Cancellarius*, *Congregatio Studiorum*, *Universitas*.

LAUREA

Laureae aliae *ad honorem et praemium* I. 81. 199.
Aliae *communes* dicuntur *ibid.*
Hae praevio examine *ibid.*
Illae nedum adhibito examine I. 81. 199. I. 97. 214.
Sed etiam concursu I. 97. 214.
Per mensem antea indicendo I. 98. 220.
Sed quatuor tantum tribuuntur I. 97. 215.
Licet quolibet anno, et in quavis disciplina *ibid.*
Et ab unaquaque Universitate *ibid.*
Primae duae *ad honorem* conferuntur iis, qui singulare prae ceteris meritum tulerint I. 97. 216.
Duae verò *ad praemium*, qui sunt omnium laudatissimi *ibid.*
Tertia laurea *ad honorem* confertur II. 86. *quaest.* 2.
Si adsint discipuli, qui annum quintum expleverint II. 85. *quaest.* 1.
Et academicis gradibus donati sint *ibid.*
Sed legitima gravique ex causa curriculo studiorum haud rite satisfecerint *ibid.*
Quid praestare debeant, qui concursui laurearum inhiant I. 99. 221. *et seqq.*
Examen verbo subeundum I. 99. 224.
Coram quinque Examinatoribus *ibid.*
Dimidia saltem suffragiorum pars requiritur I. 100. 225.
Secus excluduntur ab altero experimento seu concursu *ibid.*
Hujusmodi concursus quomodo absolvendus I. 100. 226.
A concursu laurearum *ad honorem* in primariis Universitatibus non excluduntur, qui Medicinae et Chirurgiae vacaverint in secundariis Universitatibus I. 101. 227.
Dummodo in his cursum rite absolverint *ibid.*
Et primos duos gradus inibi assequuti fuerint *ibid.*
Si lauream obtineant, cunctis quidem gaudent privilegiis I. 101. 228.

Digitized by Google

Sed impensae pro baccalaureatu et licentia factae haud restituuntur *ibid.*

Privilegia laureatum *ad honorem* et *ad praemium* I. 98. 217. *et seqq.* II. 95. *quaest.* 3.

Laureati *ad honorem* in concursu ad Cathedras praelatione gaudent I. 98. 217.

Ceteris tamen paribus *ibid.*

Hoc tamen privilegium non extenditur ad Cathedras extra Universitates II. 95. *quaest.* 3.

Nemo laurea donandus, nisi baccalaureatum et licentiam obtinuerit I. 81. 19. I. 99. 221.

Qui lauream petunt, experimentum subire debent in iis omnibus, quae universim disciplinam respiciunt I. 81. 199.

Et coram Collegio illius disciplinae, in qua lauream petunt I. 82. 200.

Ad lauream in forma communi quinam admittendi I. 101. 229.

Ad experimentum pro laurea sacrae Theologiae admittendi Clerici, qui huic disciplinae in Seminario operam dederint I. 102. 231.

Si tamen cursum theologicum confecerint *ibid.*

Laureis sacrae Theologiae vel Juris utriusque patebit aditus iis, qui Beneficium, vel aliquod munus publicum adepti sint, ad quod laurea doctoralis requiratur I. 102. 232.

Etsi in aliqua Universitate studiis non vacaverint *ibid.*

Exhibere tamen debent documenta de studiis peractis I. 103. 233.

Isti una cum laurea priores gradus obtinere possunt I. 103. 234.

Periculum vero doctrinae facere debent, I. 103. 235.

Voce et scripto I. 103. 236.

Intra praefinitum tempus, et sine librorum praesidio *ibid.*

Ac super argumento sorte proponendo I. 104. 237.

Judicium a Collegio ferendum I. 104. 238.

Numerus suffragiorum ad lauream necessarius I. 104. 239.

Dissertationes quomodo custodiendae I. 104. 238. *et seqq.*

Non probatis restituenda dissertatio et pecunia I. 105. 240.

Laurea donandi qui juxta antiquam methodum in studia incubuerint II. 106. 2.

Si id petierint intra praefinitum terminum *ibid.*

Facto prius experimento ex praescripto Leoninae Constitutionis II. 105. 1.

In facultate philosophica duae habentur laureae I. 206. 35.

Altera philosophiae tantum *ibid.*

Digitized by Google

Altera philosophiae et mathematicae *ibid.*

Quibus concedenda prima I. 206. 36.

Quibus secunda I. 206. 37.

Quae privilegia primae I. 207. 39.

Quae secundae *ibid.*

Prima a qualibet Universitate tribuitur I. 207. 40.

Secus secunda I. 207. 40. II. 246. 22.

Nisi praesto sint, quae praescribuntur I. 207. 40.

Quinam ad lauream philologicam admittendi I. 220. 73.

Quinam ad lauream Linguarum I. 220. 75. I. 222. 76.

Laureae tempore praefinito sunt petendae et obtinendae II. 19. 10.

Secus ille annus non computatur II. 19. 10.

Non sunt ratae, si quae praescripta sunt, non fuerint cumulate servata II. 19. 11.

Exteris non concedendae II. 18. 8.

Nullius ponderis habendae ab externa Universitate concessae II. 19. 9.

Laureae a privatis Familiis conferuntur I. 157. *dub.* 1.

At non satis habentur ad officia obeunda *ibid.*

Secus dicendum de laureis in utroque jure a Collegio Protonotariorum Apostolicorum collatis I. 157. *dub.* 2.

Quibusdam tamen servatis legibus *ibid. et seqq.*

Nihil vero est innovatum quod ad laureas ab eodem Collegio exteris collatas I. 159. *dub.* 5.

Vide *Elenchus*, *Experimentum*, *Exteri*, *Gradus*, *Impensae*, *Privilegium*.

## LECTIONES

Professores Universitatum docere debent per integram horam I. 121. 288.

Magistri extra Universitates docere tenentur per duas horas I. 122. 289.

Aut continuas, aut mane et post meridiem divisas *ibid.*

Lectiones Rethoricae et classium inferiorum ad horas quinque ducuntur I. 122. 290.

## LEGATUM

Legata ad alendos juvenes in studia incumbentes haud commutanda I. 225. 1.

Legata studiorum S. Congregationi denuncianda II. 113. 5.

Sive ad stipendia Magistris solvenda *ibid.*

Sive ad alendos juvenes studiis vacantes *ibid.*

Digitized by Google

Sive ad quodvis aliud publicae institutionis onus ferendum instituta sint II. 122. 3.
Secus Administratores ab officio removentur I. 125. 301.
Et jure nominandi privantur II. 122. 3.
Notarii tenentur denunciare Ordinario loci legata studiorum II. 124. 5.
Per testificationes certo modo exaratas *ibid.*

Vide *Nominatio.*

LEGATUS

Legatus S. Congregationis visitat Universitates I. 21. 6.
Ac etiam alia publica Instituta *ibid.*

Vide *Congregatio Studiorum*, *Delegatus Apostolicus*, *Deputatus.*

LICENTIA

Nemo licentia donandus, qui antea baccalaureatum non obtinuerit I. 81. 197.
Examen subeundum coram tribus Membris Collegii I. 81. 198.
Per Rectorem designandis *ibid.*
Super iis quae secundo ac tertio anno traduntur *ibid.*
Tempore praefinito petenda et obtinenda II. 19. 10.
Secus ille annus non computatur *ibid.*
Non est rata, si praescriptiones non fuerint cumulate servatae II. 19. 11.
Ad munus Defensoris coram Tribunali civili nunc requiritur gradus licentiae II. 183. 2.
Secus coram Tribunali ecclesiastico vel criminali II. 184. 3.

Vide *Magisterium.*

LINGUA

Latina lingua uti debent Concurrentes et Professores I. 37. 55. I. 45. 82.
Etiam in explicationibus *ibid.*
Quibusdam exceptis casibus *ibid.* 83. *et seqq.*

LIS

Vide *Forum*, *Patrimonium Studiorum.*

MAGISTERIUM

In utroque jure quid sit I. 194. 4.
Quaenam studia requirantur I. 195. 5.
Periculum doctrinae faciendum I. 195. 6.
Testificationes exhibendae *ibid.*

Digitized by Google

Magisterii vis nunc imminuta II. 183. 2.
Si tamen agatur de munere Procuratoris fungendo in causis civilibus et coram Tribunali laico *ibid.*
Ad quem effectum requiritur licentia *ibid.*
Secus in reliquis *ibid.*

Vide *Cancellarius*, *Defensor*, *Judex*, *Licentia*.

MAGISTRATUS

Ad Magistratum peculiariter spectat urgere observantiam scholasticae disciplinae in scholis publicis I. 61. 140. I. 230. *quaest.* 2.
Non autem novas regulas constituere I. 229. *quaest.* 1.
Potest suo loco praeficere procurationi scholarum aliquot viros I. 232. *quaest.* 5.
Episcopo tamen approbante *ibid.*
Inter eosdem viros non est referendus Deputatus Episcopi I. 231. *quaest.* 6.
Edicit concursum ad scholas vacantes I. 61. 141.
Eligit Examinatores I. 61. 141. I. 119. 285. I. 235. *quaest.* 13.
